ras Antonius cuius numeri? Respondeat, singularis, Quare? quia de vno tantum fit sermo. ¶ Homines cuius, numeri? pluralis. quia d̄ pluribus fit sermo. ¶ Sed interim, nota quod persona singularis nonnũquam fit pluralis, per figuram quę vocatur conceptio parasceuę, idq́; per coniunctionem copulatiuam &, atq́;, quoq́;, & cæteras, & per aliquam prępositionem: vt tu & Ioães curritis. Ideſt vos, Ego, tuq; ſcribimus. i. nos. Petrus & paulus ſunt apoſtoli dñi, & hęc vocatur conceptio perſonarum cuius difinitio inferius habetur. ¶ Genus, eſt quod Grammaticè dicitur nomen hoc, aut pronomē aut participium, generis eſt maſculini, hoc, fæminini, hoc neutri hoc. commune duorũ. hoc, cõmune trium, hoc ambigui: hoc, deniq; promiſcui. Eorum enim talia ſunt ſeptem genera, nempe. ¶ Maſculinum, quod ſignificatur hac voce hic. ¶ Fœmininũ, quod iſta hęc. ¶ Neutrum, quod hoc. ¶ Cõmune, quod hic, & hæc ¶ Omne, quod hic, & hæc, & hoc. ¶ Dubium quod ſignatur p iſta duo hic, vel hęc. i. quod ſi volumus poteſt eſſe maſculinum, & ſi volumus fœmininum: vt hic vel hęc dies, margo, cortex. Dicimus enim amarus cortex, vel amara cortex. Cõmune & dubium hæc eſt differentia, quod cũ omne genus pertineat ad adiecti-

ua

ua quum additur adiectiuum commune, respiciandum est de quo sexu loqueris, & sic adde genus adiectiuum, quod addidisti non potes mutare de eodem loquens. In ambiguum vero, liberum est vtruncũq; genus adiectiui libuerit addere, & postquam addideris de eodem loquens mutare non licebit: vt si dicas albus canis, de mare bene dicis, de fœmina non bene. Et postquàm dixisti demare albus canis De eodem nõ licebit dicere alba canis. At. de quacũque cortice loquaris, dices vt voles, vt albus cortex. Est postquam illud dixeris de eo dẽ loquens cortice, dices alba cortex. ¶ Epicœnum vel promiscuũ, non est genus. Nã hic de natura rerum non loquimur, sed de qualitate vocum: vt cum dico passer, miluus, de mare & fæmina sine de lectu loquor Sed qumdico seu profero hanc vocem homo, de viro aut de muliere dubitatinè loquor. Et quemadmodum supra diximus de numero singulari verso in plurali per conceptionem, ita & de genere fœminini aut neutri in masculino eodẽ pacto verso, vt, Petrus & Anna sunt pii. Hic, Anna, est masculini generis. Dominus & mancipia sunt pugnaces. Hic, mãcipia, est masculini generis per figurã conceptionis: qua mediata indignioris ad dignius fit reductio. ¶ Notãter

dicit

dicit mediata, quia explicitè vel implicitè mediat coniunctio, vel præpositio cum.
¶ Casus, est quod grammaticè dicitur hoc nomen, vel pronomen, vel participium, casus est nominatiui. Hoc, genitiui Hoc datiui. Hoc accusatiui. Hoc, Vocatiui. Hoc, ablatiui. Eorũ namque tales sunt septem, videlicet. Nominatiuus, genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus, Effectiuus. ¶ Et dicitur nominatiuus, quia per illum nominamus. vt, Petrus, Ioannes. ¶ Rectus vero idẽ dicitur, quia aliũde nõ cadit. ¶ Genitiuus dicitur, eo quod per eum ostendimns cuius simus filij, vt, filius dei. Alio quoque nomine dicitur, scilicet possesiuus. ¶ Datiuus, qui & acquisitiuus dicitur, quia in eo casu ponimus illũ cui aliquid damus, vt. Do tibi librum. Vel cui aliquid facimus: vt, facio tibi tunicam. Non facio tibi iniuriã. Accusatiuus, qui & trãsitiuus dicitur, quia in eo casu ponimus quẽ Accusamus, vel, quẽ amore prosequimur. Pompeius accusat cęsarẽ Amo deũ. Prosequor illum amore. Vocatiuus dicitur, quia in eo casu ponimus eum quẽ vocamus, vt ò domine. ò maria. ¶ Ablatiuus dicitur, eò quod in eo casu ponimus illum a quo aliquid auferimus v t, auferã à te libros. ¶ Effectiuus dicitur, eo quod in eo casu ponimus,
instrumentum

instrumentum quo aliquid fit:vt Antonius petiit me saxo.

¶ Modus est,quo grãmatice dicitur hoc verbũ est indicatiui modi.Hoc, imperatiui.Hoc, optatiui.Hoc Subiunctiui.Hoc,infinitiui,Vnde verborum sunt quinque modi, scilicet, Indicatiuus,Imperatiuus, Optatiuus,Subiunctiuus,Infinitiuus.vt supra de verbo tactũ est.

¶ Tempus, est quod grãmatice dicitur hoc, verbum,hoc partiticipium, temporis est præsentis. Hoc præteriti imperfecti. Hoc Præteriti perfecti. hoc prȩteriti plusquam perfecti. Hoc Futuri imperfecti. Hoc Futuri perfecti.

¶ Vnde verborum tempora,sex sunt.prȩsens præteritum imperfectum, prȩteritũ perfectũ prȩteritum plusquam perfectum.,futurum imperfectum,futurũ perfectũ . Participiorũ aũt tria, scilicet,præsens, prȩteritum,& futurũ,

¶ Significatio, est ꝙ grãmatice, dicitur Hoc, verbum est significationis actiuȩ:hoc passiuȩ hoc vtriusq;. ¶ Vnde verborũ tres sunt significationes. actiua scilicet passiua , vtraque seu communis. ¶ Actiua est,vbi non adest.vernaculũ huius verbi sũ,vt amo.yo amo. ¶ Passiua,est vbi talis verbi sum adest vernaculum, vt,amor yo soy amado,vtraque seu cõmunis est vbi iam dicti verbi vernaculum. potest ad

esse vel ab esse vt,largior,yo doy,osoy dado.
¶ Quæ actiua est,verbis actiuis & neutris dã da est dẽptrs Exulo, Vapulo,Veneo,fio liceo, de verbis deponentibus ac passiuæ vecis impersoualibus. ¶ Quæ passiua est, dãda est verbis passiuis,isq; ueutris q̃ sequũtur,Exulo,Vapulo,Veneo:fio.liceo. Quę vero vtraque seu communis est,verbis est danda communibus.

¶ Tercia pars hurus libelli De genere.

QVoniam autem ex superioribus septem, accidentibus scitu necessariis est genus, præcunctis aliis scitu necessarium, maxime ꝑ adiectiuo cum suo substantiuo: et relatiuo cũ, suo andecedente conformãdis, ideo de tali, hic ostensuri sumus quę nam sint masculini generis:quę feminini:quę neutrius ,q̃ cõmunis duorum, quę trium, quæ dubii,quæ epiceni, pro quo apertius demonstrando,prius ostendẽ da est via,qua rudis ipsũ genus valeat scire, at non illa longissima rudibusq; difficilima q̃ ab aliis ostendi solet:sed alia longe breuior,q̃ ipsum genus, breuissime atque facilime apueris rudibusue poterit dignoci. Talis autem via erit,vel terminatio, vel significatio. I deo namque, vnum nomen est masculinum, qnod vel

vel terminationem vel ſignificationem habeat maſculinam. Quales vero terminationes ac ſignificationes ſint maſculinæ, vel alterius generis, hic inferius oſtendetur ,idq́; tribus ſub regulis generalibus, quarum prima. Sequitur.
¶ Nomina finita in o,ol,an, in,on,er,ir,or,os, [us ſecnnde declinationis aut quatæ] ax, ex, duarum pluriumue ſyllabarum, ſunt maſculini generis,vt. ¶ Tiro,ſermo,ternio,quaternio, titio vnio,ſtellio,vermis,quidã. Ol,vt,ſol. An vt, titan , tis,azan ,mons. Acarnan,populi nomen. ¶ In,vt,delphin. ¶ On, vt,agon,certamen. Demon. ¶ Er,vt,puer, magiſter,paſſer, anſer. ¶ Ir,vt, vir,martir. ¶ Or,vt, meror,dolor labor,doctor. ¶ Os,vt,ros,flos. ¶ Vs,vt, aceruus ,cumulus. Dominus, ſenſus, &c.

¶ Secunda Regula generalis.

NOmina finita in,a,as, es,is. Aus,s,ax, ex, ix,ox,ux,vnius ſyllabæ,ſũt fæminini generis. Exempla. ¶ A,vt, muſa,domina, terra. ¶ As,vt,eſtas,bonitas. Suauitas,proſperitas. ¶ Es,vt,vulpes, proles, ſeges, cædes, ſedes. ¶ Is vt valis.clauis,nauis,turris,claſſis,pupis. ¶ Aus,vt,laus,fraus. ¶ S.ſi conſunans ſubit: vt,plebs,trabs,vrbs, hyemps. ¶ Ax,pax,fax,

fornax. ¶ Ex vt,lex,fex,quibus hæc tria pluriũ syllabarum adduntur, forfex, forpex,suppellex. ¶ Ix,vt,lodix,ceruix,victrix ¶ Ox,vt, nox,vox. ¶ Vx,vt,nux,crux, lux,& paucula alia in.x.finita. Cui sub est, consonans aut,y-grecum,de quibus,rudis parũ,aut nihil curet.

¶ Tercia Regula.generalis.

NOmina finita in e.& in.i.u.c.d.t.al.el.il. um.en.ar. ur, & us.declinationis. tertiæ, sunt neutra. ¶ E.vt.cubile.monile.sedile. ¶ I. vt. gummi.sinapi. legitur. etiam. hec sinapis & hec gummis . ¶ V.vt.cornu .gelu .veru. tonitru.penu. ¶ C.vt.lac.hálec. ¶ T.vt.caput occiput. sinciput. ¶ Al.vt. animal. tribunal. ceruical. ¶ El.vt.mel.fel. ¶ Il.vt.nihil ¶ Vm, vt scãnum.bellum. templum. mãcipium.scortum. ¶ En.vt.flumen.culmen. flamen.nomen. lumen. ¶ Ar. vt.par. substantiuum. lupanar. torcular.puluinar.coclear .iubar. ¶ Vr.vt.fulgur. murmur. ¶ Vs.tertiæ declinationis vt. munus,opus. pecus.pecoris.

A secunda & tertia eximenda masculina.

MAsculina.sunt.tamen nomina, qualẽ cũque habeant terminationem significãtiã

rem

rem habentem, vere, vel picte, masculinum. Et propria nomina mensium, fluuiorum, ac vẽtorum. Et quæ sequũtur, scilicet, rẽ, splẽ, lien, attagen, pecten, vultur, turtur, as assis, vas, vadis, limes, pes. fomes, palmes, trames, gurges, merges, poples, magnes, paries, aries, stipes, cęspes, dies, pro tempore certo. hoc est, viginti quattuor horarum spacio. Et meridies. Et græca in as, primæ, & secundæ declinationis. vt planetes, cometes, priamides, pelides, apeliotes, venti nomẽ. Corbis, fascis, piscis, axis, collis, vermis, callis, follis, ensis, mensis. vectis, postis, fustis, glis, anguis, torris, caulis, lapis, vnguis, torquis, orbis, sanguis, cucumis, vomis, puluis, canalis, aqualis, molaris, natalis substantiuum. Et quæ, habent. n. ante is, vt ciuis, panis, finis, lepus, mus. Et composita cũ pus, vt tripus. Fons, dens, mons, pons, torrens oriens, occidens, quadrans, triens. Seps, grex, rex, calx, pars, pedix, fornix, calix.

¶ A prima & tertia regulis eximenda fæminina.

FÆminina autem, sunt nomina etiam, qualemcũq; habeant terminationem habentem sexum vere, vel picte, fæmininum. Etpro

pria insularum.vt Samos, Britania. Phatmos·
¶Vrbiũ,vt Corinthus,Cartago. Regionũ,vt
Æggiptus,Aphrica,Galia,Normandia. Fabu
larum,æglagarum,comædiarum, tragædiarũ,
de quibus nunc parum curet rudis.Item, no-
mina herbarũ.vt ysopus,saluia. ¶Gemarũ, vt
smaragdus.Arborum,vt morus,laurus, ficus,
[preter hæc masculina.rubus.dumus.oleaster
Et hæc neutra,siler, Robur suber, laburnum.
¶Literarũ quoq; ac sillabarum nomina fæmi
nina sunt quæ & neutra esse possunt. Græca,si
militer.in e finita feminina sũt.vt libie es.sine
doche.es.Et verbalia in io:vt Religio, vnio,
cõmunio,participacio,petitio,potatio.¶Ac
finita in do & go.vt pulchritudo,altitudo, lati
tudo,nigredo,albedo,Sartago frixorum,vli-
go, terræ humor. vligo: lanugo. &c. Præte-
reaq; masculina sunt. vt ordo.cardo.ligo.mar
go.harpago.vdo.cudo.Item fæminina sunt ar
bor. dos.cos .aluus.humus. domus colus.tri
bus.porticus.acus.manus.virtus.iuuentus.se
nectus polus.salus.seruitus.idus.pecus pecu
dis.incus.subscus.papius.sinodus. paradisus.
meremus. diphtongus.Abissus periodus. me-
thodus:Exodus. cristallus.bissus.sindon.for-
nax.similex.halex. forpex.suppellex. imbex,
caex.vibex.

¶A

¶A prima & secunda regulis neutra.

Eutra vero sunt frctuum nomina[præter hęc fęmenina. glans. auellana, ficus. nux castanea. oliua.] Sunt, & neutra que sequuntur. pascha. man mona. mana. & omnia in a finita tertię declinationis; vt docma, pneuma embleuma, &, Iter: piper: papauer: ver: cicer: cifer: cadauer: zinziber: vber: pro mammilla. Ruder: cor, equor: marmor. ader: vas vasis, fas, nefas Epos: chaos: melos: os: argos: virus: vulgus: pelagus, Et verba infinitiui modi, & qualescumq; dictiones. Quæ dictiones nominales: nominum tamen officio fungentes, reddentes suppositum verbo: vel substantiuũ adiectiuo: vel antecedens relatiuo. ¶Itē quæcunq; dictio quam vocāt materialiter sumptā hoc est, quę non pro sua exteriori significatione: sed solum pro suipsius ponitur, vocabulo: vt amo, est verbum.

¶Eximenda duorum communia.

COmmunia duorum generum, sunt nomina qualencũq; habeant terminationem significantia rē aut sexum, non solum masculinum: sed fæmininum etiam pertinentiũ: vt homo, nemo, latro, nobilis, fortis, debilis, breuis, instabilis.

¶ Eximenda trium communia.

COmmunia autem trium sunt, omnia pronomina participia, & nomina adiectiua, qualiteter cũq; finita, vnam tantum vocẽ habentia. Vt ego, Amans, prudẽs, fœlix. ¶ Quæ si tres habeant voces, prima erit masculina, secunda fęmina, tertia neutra: vt bonus: bõa bonum. Meus, mea, meum. Lectus, lecta, luctum ¶ Quod si duas tantum habuerint, hac coniũctione &, inter media, prior erit cõmunis duorum, altera vero tantum neutra, vt. Fortis, & forti Breuis, & breue. Communis, & commune. Vbi vero vel coniunctio mediat, vtriq; cõmunis etit trium. vt amante vel amanti. Prudente prudenti. ¶ Epicena, sunt nomina. auiũ, piscium, ferarũ: & quorũcunq;, animalium, in quibus nõ facile sexum possumus destinguere. Ideo terminationis genus sequatur est necesse: verũtamen sub vnico tali genere, ac terminatione masculum significabunt & fæmellã vt passer: miluus: vt supra in loco suo tactũ est. ¶ Ambigua, sũt illa nomina, quibus vsi sunt authores latini: nũc in genere masculino, nũc in fæminino: vt finis: dies, pro tempore: puluis clunis: margo specus: torq̃s: cortex: talpa: dama: pãtera cupido: ad eps: silex: latex: scrops.

¶ De

De nominum declinatione Annotatium cula præambula.

QValiter quopactoue : nomina pronomina & participia: in tali vel tali casu: talis: vel talis generis: talisq; vel talis numeri sint termi nanda: rudibus magnopere scire conuenit : vt cum ex his quę supradicta sunt, de concordātia sciuerint aliqua vocabula in oratione minime ponēda, nisi in genere, numero, casu: cōformia, sciant post talem cōformitatem obser uandam, quam tali generi, taliq; numero, &ca sui, finalem dabunt terminationem. ¶ Sciant quoq; eādam variationem in verbis oportet. Non enim ipsa verba omnes personas, numeros, tēpora, modos, & voces vniformiter terminant, sed varie. ¶ Circa igitur variationem quam hic prosequimur notandum venit, ipsā fieri circa finem vocabuli cum non sit alia variatio, quam finis vocabuli debita diuersificatio: principio eius obseruato vniformi ac inua riato, vt patet in his vocabulis. Ego, mei. Tu tui. Dominus, dñi, amo, amans, amantis, quorum finis duntaxat variatur: qui cū non sit quo modocunq; variandus, scire conuenit quopa cto eum rudimentarii seu rudes habeant variare. Proquo notabunt quędam variari regu lariter

ariter:quędam vero irregulariter. Quę autē regulariter variantur,prius quibusdam sub regulis sunt ustendenda, quorum debite variandorum quoad nomina notāde snnt quinq; fot mulę,quas quinq; declinationes grammatici vocant. ¶ Prima est eorum nominum quę genitiuum singularem in,æ, vel pluralem in arū, habent terminatum. ¶ Secundam,eorū quæ genitiuum singularem,in,i,vel pluralem in o-rum. Tertia eorum quę genitiuum singularē in um,vel in iuz. ¶ Quarta, eorum quæ genitiuū,singularem in us, vel pluralem in uum. ¶ Quinta, eorum quę genitiuum singularem in ei,vel pluralem in erunt habent finitum .vt. ¶ Musa musę musarum. ¶ Dominus,domini dominorum. ¶ Sermo.is. sermorum. Manus,manus,manum. ¶ Dies,diei,dierū. Quāuis enim fere innumera sint & varia finita nomina, eorum tamen genitiuus singularis vel pluralis,non nisi aliqua ex pręfatis quinq;terminationibus est terminandus,de quibus sigillatim,ac seorsum in sequentibes super est disserendum.

Terminationum primę declinationis. Regula generalis,a suis separata exceptionibus.

Primę

PPrimę declinationis nomina, quędam in as, quędam in es, a, nominatiuum singularem terminant. Genitiuum & Datiuum in æ. Accusatiuum in am. Vocatiuum & Ablatiuū in a. Nominatiuum & Vocatiuum plurales in ę. Genitiuum in arum. Datiuum & ablatiuum in is. Accusariuum in as: vt musa, ę. Tabula. ę. & ita de nominibus in, a.

¶ Genitiui & Datiui singularium, & Datiui ac ablatiui: pluralium exceptiones.

HÆc tamen adiectiua nomina primę & secūdę declinationis. Vnus. a. ū. Totus, tota totum. Solus. Vllus. Nullus. Alius. Alter. Vter. Neuter: genitiuum singularem terminãt in ius & Datiuū, in i, ex parte vtriusq; declinationis, & cuiuscūq; generis. Vt vnus, vna, vnū Genitiuo vnius. Datiuo vni. &c. ¶ Datiuum autem, & ablatiuum plurales, terminant in abus hęc videlicet de a, filia, nata, liberta, ęqua mula, ambę, duę.

¶ Terminationum secundę declinationis, Regula generalis, a suis separata exceptionibus.

Secundę

SEcundę declinationis nomina, in er, ir, ur, um, us, & eus diphthongon, nominatiuum & vocatiuum ſingulares terminãt. Genitiuum parem nominatiuo in ſillabatum numero in, i. Datiuum, ablatiuum in o. Accuſatiuũ in, um. Nominatiuum & vocatiuum plurales in, i. Genitiuum, in orum. Datiuum & ablatiuum in is. Accuſatiuum in, os, vt. Magiſter, tri. Vir, viri. Satur, ſaturi. Templum, templi. Dominus, domini. Orpheus, orphei. &c. Genitiuum tamen ſingularem, vna ſillaba nominatiuum ſuperantem terminant in eri. Puer, pueri. ſocer, eri. Adulter, eri. Aſper, eri. Proſper, proſperi. Miſer. Preſbiter. Tener. Gener. Dexter. Giber. Iacer liber: pro baco ac in libertate poſito. Et compoſita cum gero, & fero, finita in ger. & in fer finita vt. Clauiger, armiger, armiſer: ipſum autem genitinũ terminant in ei: iunctas vel diuiſas, gręcas in eus diphtongon finita, vt Orpheus, Orphei. Vir viri, ſatur ſaturi.

¶ Accuſatiuum ſimilem nominatiuo habent quę neutra ſunt. ¶ Vocatiuum in, i, terminant propria in ius finita, vt Vincentius, vincenti. Laurentius. laurenti. Georgius, georgi. In, e, vero, cętera quę in us terminantur: preterquã Deus, filius, fluuius, latinus, quorum. Vocatiuu ſunt, Deus, fili, fluuius, latinus. ¶ Nominatiuum,

tiuum,vocatiuum, & accusatiuum pluralis in a,terminant quę neutra ,sunt:quorum genitiuus singularis finitur in,i,simplex.In ia vero, si duplex.i.fuerit in genitiuo singulari,vt dominiũ dominii dominia. Sumnium.ii.sumnia Æduliũ,in ędulia.Dicendũ etiam dii,a Deus, nominatiuo,& vocatiuo pluralibus.& diis,in datiuo & ablatiuo. ¶Item i ambobus, ab ambo.Duobus,a duo in masculino & neutro generibus,in datiuo & ablatiuo pluralibus.

¶Terminationum tertię declinationis Regula,generalis,a suis separata exceptionibus.

TErtię declinationis nomina, multipliciter nominatiuum singularem terminant Genitiuum autem,in is. Datiuum,in,i. Accusatiuum,in em. Vocatiuum, vt nominatiuum. Ablatiuum,in e.Nominatiuum, accusatiuum & vocatiuum plurales in es . Genitiuũ,in um. vt.Sermo sermonis.&c.

¶Speciales singularis genitiui, terminationes suis cum exceptionibus.

Tis ,ab a.vt. Docma.tis. Emblema. tis.

¶Ab.e.vt, Mare. maris. Cubile.cubilis.

lis.Sedile.lis. ¶ Onis.ab.o. Leo.leonis sermo.is.Homo tamen,nemo cardo.ordo.Apollo,& fæmina in.do & go, faciunt inis, vt homo hominis albedo. albedinis .virgo .virginis Caro.carnis.Lac lactis.Halec.alecis.Dauid.dis.velpotius per secundam. Dauidus.dauidi.bogud . bugudis.

¶ Alis.ab al. vt. sal,salis. Tribunal, tribunalis ¶ Elis.ab.el .vt. Michael.micaelis . ¶ Gabriel.Raplael.Mel.tamen mellis.& fel.fellis, duplici.l. ¶ Ab.il.ilis.vt vigil.vigilis ¶ Olis ab.ol.vt.sol.solis. ¶ Vlis ab.ul.vt.consul.cõsulis. ¶ Anis.ab.an.vt.titan.titanis. ¶ Enis. ab. en. Vt.siren.sirenis. Inis . tamen pecten. vnguen.inguen. gluten. & finita in.men & in. cen.vt.pecten. pectinis . Culmen.culminis Liricen. liricinis. ¶ Onis.ab.on.vt.Demon. demonis. ¶ Ontis. tamen nonnulla græca vt. Acheron.ontis. ¶ Aris.ab. ar.vt.torcular.ris. Far.tamen duplicat.r. ¶ Eris .ab.er.vt.mulier.eris.Acris tamen acer.volucer.alacer.Bris autem celeber saluber.Imbber . ¶ Septem ber. October. Nouember. December. Tris. vero pater.mater. frater.vter. venter.linther. & finita in ister,vt.Clister.tris. Instrumentum quo aqua in altum iaculatur & siqua sunt similia Inpiter inpitris.vel. iouis.Iter, itineris.Iris ab

ab.ir vt martir.tiris. ¶ Oris.ab.or.vt.Doctor, doctoris.pręceptor.oris. Cor tamen cordis. ¶ Vris.ab.ur.vt. Murmur.murmuris. Vultur. turis. ¶ Oris.tamen fęmur. ebur.robur.iecur. ¶ Atis ab.as.vt. Bonitas. tis.ſtabilitas. atis. ¶ Adis. tamen græca fæminina. vt. Arcas. adis.Pallas.adis.Antis vero maſcula.vt.Atlas atlantis. ¶ Vaſ.vaſis. Vaſ.vadis As.aſis.Mas. maris. ¶ Is.ab.es. vt. proles. prolis· Vulpes. vulpis.Moles.molis.Etis.tamen ſeges.teges quies.merces.edis.Ceres cereris. ¶ Itis.maſculina,& duorum communia.in es.finita.vt. miles.militis.Stipes. ſtipitis. ¶ Etis.tameu, paries.aries.præpes.teres.indiges perpes.hebes.inquies.locuples.magnes. Vates.vatis. Verres verris.Heres.heredis.Pes.pedis.Idis. compoſita. cum ſedeo.vt.Obſes.idis.Præſes. idis. ¶ Etis.vero quædam.vt.Thales thaletis. & ſiqua ſunt ſimilia. Et græca in es.finita. ¶ Is ab is.vt. Panis.panis Eris tamen puluis. cinis. vomis cucumis.impubis. ¶ In.is.illa qnorum nominatiuus.terminari poteſt.in in.& inis.vt Delphin. vel.delphis. delphinis. ¶ Idis.lapis. cuſpis. ¶ Itis.lis. ¶ Dis quiris. ¶ Sanguis.ſanguinis. ¶ Semis.ſemiſis.Glis.gliris. ¶ Otis. ab.os.vt.ſacerdos.tis Compos.otis. Oris.tamē flos.mos.lepos.arbos. ¶ Ois.heros.thros

tros

tros.¶ Bos.bouis.Custos custodis.Os.ossis.
¶ Oris.ab.os Tempus.ris. Corpus ris.Eris.
tamen vlcus.acus.viscus.fędus.pondus.sidus.
vellus.ollus.scelus funus.genus vulnus.mu-
nus onus .latus. vetus.opus. ¶ Vtis.Intercus
¶ Et,femina in us.finita duorum pluriũue silla
barũ.vt.Virtus.tis.salus.tis.Præterquã tellus.
ris.Venus.veneris. ¶ Subscus.dis. Palus dis.
Incus.incudis.Pecus.dis,pro oue.¶ Vris.que
vnius tantũ sunt sylłabæ vt plus pluris.præter
quã. grus.uis.sus , suis.¶ Vntis. græca.in us.
Hidrus.hidruntis. ¶ Sipus.sipontis. ¶ Odis.
composita cum pus.Melampus. melampodis.
¶ Præs .dis.es. eris. ¶ Laus. dis. fraus. dis.
¶ Abis.ab abs.vt.Arabs.arabis. ¶ Ebis ab.
ebs.vt Plebs.bis.Ibis.tamen que sunt duarũ.
pluriumue .syllabarum .vt. Celebs. celibis.
¶ Ibis.ab.ibs .Calibs . ¶ Obis,ab obs.vt,
Scrobs,bis. ¶ Vrbs, vrbis. Apis,ab, aps, vt
daps, ¶ Epis,ab eps,vt Seps,sepis,Ipis,tamen
que duarum vel plurium, sunt syllabarum: vt
Princeps,pricipis,pręterquã auceps, aucupis
¶ Cipitis.composita cum caput,Occiput,pi-
tis,Sinciput,pitis,& in ps,vt, Anceps,ancipi-
tis,¶ Ipis,ab ips,si qua fuerint. ¶ Opis,ab,
ops,vt,Inops,inopis,¶ Hiẽps , mis,Puls ,pul
tis.Antis,ab ans,vt .Amans, amantis , Glans,
tamen

tamen glandis. ¶ Entis, ab ens: vt. Mens, mentis: Lens tamen lendis, pro animalis. Nefrens, nefrendis. Libripens, dis. ¶ Entis, ab iens, cũ suis compositis vt. Rediens, redeũtis, ¶ Ontis, ab ons. Mons, montis. Frons, tamen frondis. pro filio seu ramo. ¶ Vntis, ab vns siqua sunt. Vncis tamen composita cum vncia: vt, Decuns, cis, ¶ Artis, ab ars, vt pars, tis. ¶ Ertis, ab ers, vt Expers, expertis. ¶ Irtis, ab irs, si non nulla fuerint. ¶ Ortis, ab ors: vt. Consors, consortis. Cordis, tamen composita cum cor, vt. Discors, dis. ¶ Capur, tis. Occiput occipitis. Sinciput, sincipitis. Interciput: intercipitis. ¶ Acis, ab ax, vt. Pax, pacis. Ecis, ab ex: vt. Nex, necis, Icis tamen duarum vel plurium syllabarum, vt. Iudex, iudicis, preterquam veruex, ecis Alex, ecis. ¶ Gis, lex, rex, grex, aquilex, remex, illex. ¶ Senex, senis, ¶ Suppellex, suppcllctilis, ¶ Icis, ab ix. vt, Radix, cis. Gis, tamen. Impetix, stix, strix, phrix Nix, niuis. ¶ Onix, onichis. ¶ Ocis ab, ox vt Vox, cis, tñ noctis a nox. Alobrox, gis ¶ Vcis. ab ux. vt. Nux, cis. Frux, tamen fugis. Coniux coniugis ¶ Phalanx. gis. Lanx, lancis Bilanx bilancis. Faux, cis: Linx, cis. Ars, cis. Merx. cis. ¶ Septunx, cis.

¶ Accusatiui singularis exceptiones.

TErminãt tamen accusatiuum, singularem in im. Tussis, Sitis, Vis, Buris, Peluis. ¶ In em, vel in im. Restis, Turris, Febris, Securis, Pupis. ¶ In im, & nonnumquam im in. Grçca inis finita genitiuum similem nominatiuo habẽt ia. vt charibdis. ¶ Que neutra sunt, ipsum terminant vt nominatiuum.

¶ Ablatiui singularis exceptiones.

TErminant ablatiuũ singularem in i. plus, & gentilia in as finita, vt arpinas, casinas, & adiectiua genus neutrum in e finitum habẽtia, vt breui, a breue, & c. & mensium nomina, vt. September, septembri, & quę terminarunt accusatiuũ in im. l. in, & neutra in al. l. in ar. l. in e finita, p̃ter quę ipsum in e. far iubar, nectar, prę neste, soracte, gausape. ¶ In i, vel in e, ipsum poterunt terminare alia adiectiua, vt a fœlix. fœlice, vel, fœlici. & quę terminatum accusatiuum in em, vel, in im, vt a turris, turre, vel ri. & verbalia in trix, vt genitrix, genitrice. vel, genitrici, & quę sequuntur, ciuis, auis, nauis, clauis anguis, vnguis, amnis, vectis, postis, neptis, ignis, strigilis, classis, pugil, vigil, suppellex, imber.

¶ Nomina

¶Nominatiui,accuſatiui,& vocatiui, pluralium exceptiones.

TErminant nominatiuum ,accuſatiuum, & vocatiuum plurales ,in a, nomina neutra,quorum ablatiuus ſingularis in e,terminatur. ¶In ia vero, illa quorum talis ablatiuus, in i.fuerit terminatus, demptis comparatiuis, & vetus & ampluſtre, quę tales caſus in a terminant etiam ſi ablatiuum in i.terminarint:po ſſunt & accuſatiuum pluralem in is,vel in eis. diphthongon terminare quę genitiuum pluralem in ium. terminant, maxime ſi adiectiua, ſint,vt plures,vel plureis.&c.

¶Genitiui plurales exceptiones:

TErminant genitiuum pluralem iu ium, caro,vas,dis . Os,ſſis,ris, mas,nox,nix, lix,dis,cor,faux.&omnia vnius tantum ſyllabe nomina in bs,ps,ls,rs,lx,nx,rx,vt plebs,ſceps,& Et que ſingulari numero caren,finita in. s.vt manes,vepres,Et alia ſic finitaſingularem numerum habentia,quorum genitiuus ſingularis non ſuperat rectum inſyllabis. [Pręter pauca ipſum in um.terminantia:vt panis,canis iuuenis,vates,hereſis]. Genitiuum etiam ta-

lem vt priora terminant in ium,illa quorum, ablatiuus ſingularis finitur in i, prȩterquā pugil,vigil,memor,conſors,vetus,opifex. Suppelex,in ops,Et [dempto plus] comparatiua, nomina & compoſita cum capio, quorum & ſi ablatiuus talis fuerit in. i. finitus, genitiuus, tamen pluralis in um,eſt terminandus. Sunt & nonnulla alia,quæ perſincopen ipſum termi nant in um,quæ propriȩ & regulariter talem terminant in,um, vt penates: tū.proceres .rū: apes,apum:dapes,dapum:opes,opum, & ſimili dicendum etiam bo,um,a b os.

¶Terminationum quartȩ declinationis regula generalis a ſuis ſeparata exceptionibus.

QVartȩ declinationis nomina , quædam in as,quædam in,u, nominatiuum ſingularem terminant: vt ſenſus, veru. Genitiuum in,us.Datiuum in,ui.Accuſatiuum,in um, vocatiuum,vt nominatiuum. Ablatiuum in,u.nominatiuum,accuſatiuum & vocatiuum plurales,in us.Genitiuum in uum. Datiuum & ablatiuum in,ibus.

¶Exceptiones.

Quȩ

Væ nominatiuum terminant in,u, etiam omnes alios casus singulares inuuariabiliter in,u,terminant. Nominatiuum autem accusatiuum & vocariuum plurales in a. ¶In, ubus vero terminant datiuum & ablatiuũ plurales,tribus,ficus,acus,arcus,artus,lacus, partus,quæstus,specus,quercus,portus, veru.

¶Terminationum quintæ declinationis Regula generalis.

QVintæ declinationis nomina in es,tantũ nominatiuum singularem & vocatiuum terminant. Genitiuum & datiuum in ei. Accusatiuum in em Ablatiuum in æ. Nominatiuũ, accusatiuum & vocatiuum plurales,in es .Genitiuum in erum. Datiuum & ablatiuum in ebus:vt res,rebus.

¶Pro compositis quotecumq; declinationis.Regula generalis.

QVoniam cõposita eodem modo sunt varianda,quo sua simplicia, ideo per terminationem simplicium, intelligẽda venit & suorum terminatio compositorũ:vt frater,fratris, sic & confrater,tris,eximitur tamen exanguis a sanguis,cuius genitiuus est exãguis, nõ exãguinis. Eximũtur etiã impubis impuberis, requies,requiei.Apes apis,vulpes,vulpis.

¶ Alia de compositis regula generalis

VAtienda est sola pars illa compositi quæ fuerit casus nominatiui, illa parte inuariata manente. Que autem nullius fuerit casus aut obliqui alicuius. Exemplum prioris ut. nominatiuo res publica, genitiuo rei publicę. &c Exemplum posterioris. vt nominatiuo omnipotens, genitiuo omnipotentis Ab hac regula eximitur alter vter: in quo variatur duntaxat nominatiuus ille vter. ¶ Compositum autem ex duobus obliquis, est ex parte vtriusq; omni modo indeclinabile: vt, huiusmodi.

¶ Compositum vero ex vno nominatiuo, & altero obliquo inuariato manente obliquo, variandum est solum in nominatiuo: vt, vice rex, legis peritus. ¶ Compositum deniq;, cuius aliqua pars nullius est casus, inuariatum manet, ex parte talis: vt quisq;, quilibet, quisputas. &c. Quæ omnia sunt intelligēda dūmodo cōposita talia sint ex integris: potest enim quādo corrupta est compositi variari aliqua pars in composito, cuius nulla pars est casus nominatiui: vt agricola pedi seca. &c.

¶ De participiis Regula generalis.

VAriantur participia in ans, & in ens finita vt nomina adiectiua sic finita tertię declinationis. ¶ Participia vero in tus, sus, xus, rus

dus,

dus,finita variantur vt nomina primæ & secũdę declinationis finita in us.a.um.

¶De nominibus anomalis seu irregularibus

SVnt quędã nomina quæ dicuntur anomala,hoc est irregularia:quæ aliquo deficiũt aut aliquid diuersificant,pro quo vt breuiores efficiamur, ex illis propemodum in nu meris aliis a grãmaticis positis perpauce exprimamus,quæ frequentiori in vsu acommoda viderimus. Quod maxime,vt quæ vsitatiora sũt citius ediscantur arudibus.

¶Ex his,quæ masculinorum, ac fæminorum regulares sequuntur terminationes in singulari,neutrorum vero in plurali sunt, locus,ci, loca,orum,iocus, ci,ioccorũ, iussus,iussus ,iussa, iussorum:pascuę,pascuarum. Suppellex, lis,supellectilia,ium.&c.

¶Ex his,que in singulari neutrorum sequuntur regulares terminatiões in plurali vero masculinorum aut fęmininorum sunt Cœlum, cœli,cœli,cœlorum. Porrum,porri, porri,orum.

¶Ex his,quę in singulari regularũ vnius declinationis sequuntur terminationes, in plurali vero alterius sunt,vas,vasis:tertiæ: vasa, vasorum,secundę iugerum,idest secundæ,iugera,orum,tertiæ.&c.

¶ Ex his,quę plurali carent sunt auaritia, diligentia,æloquentia,gloria,vita,fama,fides,humus,lux,fames,halec,mundus,mors,memoria,negligentia,nemo,pax, rabies, sanguis,sapientia,sitis, salus,sal,ver, proles,soboles ,indoles,vulgus,pelagus,virus,lutum, vitrum, nil,nihil.&c.Cum nominibus metallorum :vt aurum,argentum,auricalcum.&c. Et elementorum: vt aer.&c.Et frumentorum ac leguminum,aliarumq; rerum, quæ ad pondus vel mēsuram venundari solent vt,triticum,vinum, oleum,cicer.&c.Etpropriis hominum deorum montium,siluarum,fluuiorum, insularum, vrbium,cęterarumq; rerum, nisi quæ pluraliter declinantur :vt Athenæ, Athænarum. Burgi. orū. Possunt tamen quę singulare tantum dicimus habere , vsurpari nununquam innumero plurali,maxime quando diuersitatem aut pluralitatem,aut proprietatem volumus significatam,vt marias,dicēdo plures hoc nomine maria vocitatas:cum etiam dixi vinum,simpliciter omne vinum significaui . Cum vero, dixi vina in plurali , multas vini diuersitatis: puta, falernum:albanum, fundanum . Et sic puto intelligi in sacris,quum hæc in plurali repariūtur:puta.Libe rame de sanguinibus , fontes aquarum.&c.

¶ Ex

¶Ex his, quæ ſingulari carent ſunt. cani. orũ. canceli, orũ. Superi, ſuperorum. Inferi, orum. Liberi, orum. Poſteri, orum Carceres, erum. Maiores, orum. Minores, orum. Ædes, ędiũ. Cunæ, cunarum. Calendæ, arum. Idus, iduum, Diuitię, arum. Exſequię, arum. Genæ, arũ. Gingiuæ, arum Nundinæ, arum Illecebre, arum. Induciæ, arum. Excubiæ, arum. Literæ, arum. Latebræ, arum. Nuptiæ, arum. Nonæ, nonarũ. Primitiæ, arum. Opes, opum. Nares, narium. Dapes, dapum. Arma, orum. Caſtra, orum. Cunubula, arum. Expolia, orum. Mœnia, mœniũ. Sponſalia, ſponſalium Ilia, ilium. &c. Item, tot quod, aliquot, & omnia numeralia nomina ordinalia: vt duo, tres, quatuor. &c. Preterquam vnus. a. ũ. quod ſolum habet ſingulare: raro habet plurale, idq; ſolum dum iungitur ſubſtantiuis ſolum plurale habentibus: vt, vnæ nuptię Carent etiam ſingulari indiuidua nomina numeralia: vt, ſinguli, æ, a, bini, ę, a. terni, æ, a, quaterni, æ, a. &c.

¶Ex his, quæ aliquibus carent caſibus in aliquo vel in aliquibus numeris, ſunt quis, qualis, quantus, nullus, nemo, & alia relatiua interrogatiua, negatiua, & diſtributiua, quę vocatiuis carent caſibus. Ius, iuris. Rus, ruris. os, oris Mare, ris. Et omnia quintæ declinationis nomina

mina carent genitiuo,datiuo, & ablatiuo pluralibus prçterquā res & dies. ¶ Presto,vtrumque nominatiuum habet tantum. ¶ Vis,genitiuo.datiuo q; singularibus caret, totū plurale tenet,vt vires,virium.& c.

¶ De prçteritis verborum primç, coniugationis actiue,vocis.

DO,dedi.Sto steti iuuo,iuui. ¶ Crepo,cubo,tono,sono, domo, seco, mico, frico, veto,nexo,in ui,diuisas. ¶ Plico, & neco,in, aui.vel,in ui,diuisas. ¶ Cetera vero prçteritū terminant in aui.vt,oro,aui,cogito,aui,voco, aui.

¶ De Prçteritis,verborum,secundç coniugationis, actiue,vocis.

IN ueo,finita,in ui , iūctas,prçteritum terminant:vt,moueo,moui. ¶ Composita cū leo,& pleo[prçter oleo,olui,] in eui:vt, impleo,impleui,deleo,deleui. ¶ Ardeo,Rideo, mulceo,suadeo ,torqueo , algeo , fulgeo, tergeo,turgeo, vrgeo, indulgeo, maneo,heero, insi. ¶ Luceo,lugeo, augeo, mulgeo, in xi. ¶ Video,sedeo,strideo,in di. ¶ Iubeo,iussi. Sorbeo,sorpsi, vel, sorbui, conniueo, conixi,
prandeo

prandeo,pranſus,ſum,vel,prandi. Soleo,ſolitus,ſum. Audeo,auſus,ſum, vel fui. Mæreo. protriſtor,meſtus ſum vel fui. Gaudeo, gauiſus ſum vel fui. Fleo,fleui. Neo,neui. Cieo, ciui. Frigeo,frixi,vel frigui. Mordeo, momordi. Spondeo,ſpopondi. Tondeo,totundi. Pendeo,pependi. Cętera in ui,vt teneo,tenui: torreo,torrui.&c.

¶De præteritis verborum tertiæ coniugationis actiue vocis.

FAcio, feci. Iaceo ,ieci. Fodio, fod. Fugio,fugi. Rapio,rapui. Sapio,ſapui vel ſapiui. Cupio,cupiui. Quatio,quaſsi. Pario, peperi. Capio,cępi. Cępio,pi. Incipio,incępi. Elicio,elicui Meio,minxi. Allicio: allexi. Pellicio,pellixi. Illicio,illexi. Aſpicio,aſpexi. Similiterq; de aliis compoſitis cũ ſpicio. ¶Fio factus ſum. Fluo,fluxi. Struo,xi. Plo,plui. Tinguo,tinxi. Linguo,lixi. ¶Coquo,coxi. Linquo,liqui. Viuo,vixi. Nubo,pſi. Scribo,ſcripſi ¶Recubo vel recumbo,recubui. Et cum ſimiliter de aliis cum cubo compoſitis. ¶Poſco, popoſci. Diſco,didiſci. Compeſco,cõpeſcui. Diſpeſco,diſpeſcui. Ico,ici. Vnico, vici. Parco,peperici. Dico,dixi. Duco,duxi.

¶Scindo,

¶ Scindo,ſcidi.findo,fidi. Fundo,fudi. Tundo,tutudi. Cędo,cæcidi:vel cæſsi. Cado, cęcidi. Pendo,pependi. Tendo,tetendi. Credo, credidi. Vendo,vendidi. Trado,tradidi. Et ſimiliter de aliis compoſitis cum do tertię coniugationis. Claudo,clauſi:diuido,ſi:ludo ,ſi:lędo,ſi:rado,ſi:trudo,ſi:vado,ſi cudo,ſi. ¶ Spargo,ſi:mergo,merſi:tergo,ſi:vergo, ſ:ago, egi: lego,legi.frango,fregi Surgo,ſurrexi. Pango pepigi:vel panxi:pungo,pupugi.l.punxi :tango,tetigi. ¶ Veho,vexi:traho,traxi. ¶ Fallo, fefelli:pello,pepulli.tollo, ſuſtuli:percello, pculſi vel perculi. Excello,exculi:vello, velli vel vulſi. Sallo,ſalli:pſallo,pſalli. ¶ Sumo, ſũpſi:promo,propſi:como, compſi demo, dẽpſi. Emo,emi premo, preſsi. Pono,puſui : ginno, genui:cano:cecini:[præcino,præcinui: ſicq; đ aliis cum cano compoſitis:]tẽno,tẽpſi. Sino, ſini,cerno,creui: ſperno, ſpreui: ſterno, ſtraui: lino,liui vel leui:vel lini. ¶ Strepo,ſtrepui: rũpo,rupi: ¶ Fero,tuli:verro,verri:vel verſi: gero,geſsi:vro,vſsi:curro,cucuri. Quero,queſiui:tero,triui. Sero,ſeui.[Inſero, in ſerui vel in ſeui.Similiterq; de aliis cum ſero compoſitis]
¶ Viſo,ſi. capeſſo,ſſi:faceſſo, ſſi:pinſo, ſui.
¶ Flecto,xi:plecto,xi:necto,xi:vel nexui : pecto,xi,vel pexui,vel pectiui.mitto,miſi:verto vert

verti:ſterto,ſtertui:meto,meſſui:peto, petiui: ſiſto,ſtiti vel ſteti:nexo,nexui:texo, texui. ¶In vi vero diuiſas terminant pręteritum:cætera vetba in uo,in lo,& mo finita:vt arguo,argui:colo,ui.gemo,ui. ¶In ui iunctas cætera finita in uo,& in ſco:vt ſoluo,ui creſco,creui. ¶In bi,cætera finita in bo:vt,bibo,de globo, bi. ¶In di, cętera finita in do :vt ſcondo,di de fendo,di: aſcendo,di. ¶In xi,cætera finita in go:vt rego,xi.pergo,xi.affligo,xi. ¶In pſi,cętera finita in po.vt carpo pſi,&c.
¶In ſiui,cætera finita in lo: vt,laceſſo,iui. arceſſo,iui,& per ſincopam arceſſii.

¶De præteritis verborum quartæ. coniugationis actiuæ vocis.

VEnio,veni. Sẽtio,ſenſi Fulcio,fulſi. Sarcio,ſanſi:farcio,farſi. Cambio,pſi vel cãbiui:haurio:hauſi vel hauriui. Sæpio,ſepſi vel ſepiui:vincio,xi. Salio,ſali vel ſaliui. ¶Comperio,comperi. Reperio,reperi. Alia autẽ cõpoſita cum pario in vi diuiſas: vt aperio,ui. cooperio,vi. Cętera vero quartę coniugationis verba,in iui terminã præterita : vt ſcio,iui Sarcio,iui fulcio,iui.&c,

¶De

¶ De supinis verborum quotecũq; sint coniugationis actiuæ vocis.

SEdeo,sessum.Fodio,fossum.Scindo,scissum.Pando,passum.Findo,fissum.Tẽdo, tensum,vel tentum.Edo,estũ,vel essum. [Do datum:sed sua composita tertiæ in itum.trado ttaditum]ago,actum.Tango,tactum. Frango fractum.Pango,pactum.Fugio,fugitum. Lego,lectum.Pungo,punctum.Fallo,falsum. Sallo,salsum vel salitum. Vello, vulsum. Pello, pulsum.Tollo,latum.Percello,perculsum.Excello,excelsum.Parco, parsum, vel parcitum. Emo,emptum.Venio,ventum.[Cano, cãtum sed sua composita in entũ:vt,concino,contũ.] Rumpo,rumptum.Capio,captum.Cæpio, cæptum.Curro,cursum. Verro,versum. [Pario, partum,vel paritum:sed sua composita in ertũ: vt aperio,apertum. Reperio, repertum.&c.

¶ Mitto,missum.Cædo,cęssum.Cudo,cussũ. Iubeo, iussum. Præmo,præssum. Indulgeo,indultum,vel indulsum.Gero,gestũ. Torqueo, tortum,vel torsum.Vro,vstum. Sarcio,sartũ. Farcio,fartum.Fulcio,fultum. Haurio,haustũ vel hausum. Cambio, campsum. [Sto,statum: sed sua composita in itum vel in atum: vt, consto,constitum vel constatum.&c. ¶ Compo-

sita

ſita vero cum ſiſto, ſolum in itum: vt. Reſiſto reſiſtitum.&c. ¶ Pingo,pictum. Stringo, ſtrictum: Fingo,fictum. Ringo,rictum. Meio,mictum. Nexo,nexum. Figo, fixum. Flecto,flexum. Plecto,plexum. Necto,nexũ. Neco,nectum. Frico.frictum. Seco,ſectum. Cenſeo,cẽſum. Miſceo,mixtum. Torreo, toſtum. Doceo,doctum. Teneo,tentum. Pateo,paſſum. Careo,caritum vel caſſum. [Ruo,ruitum, ſed ſua compoſita in utum:vt diruo, dirutum:cum verbis aliis in,uo,diuiſas terminatis:vt,arguo argutum.&c.] Rapio,raptum. Meſſo,meſſum. Conſulo,conſultum. Colo,cultum. Excello, excelſum. Alo,alitum,vel altum: Pinſo,piſtũ. Texo,textum. Pecto,pexum, vel pectitum. Amicio,amictum vel amixum,vel amicitum. Poto,potum,vel potatum. Lauo,lotum,vel lauatum: Caueo,cautum. Faueo,fautum. Adoleo,adultum. Paſco,paſtum. Cognoſco,cognitum. Agnoſco,agnitum. [Sero, ſatum,ſed eius compoſita in ertum:vt. Aſſero:aſſertum.&c. Præterquam. Inſero,inſitum. Conſero,conſitum. Soluo,ſolutum. Voluo,volutũ. Venus,venum. Salio,ſaltũ. Sepelio,ſepultũ ¶ In ctum vero terminant ſupinum cetera verba, quæ in ci:cum,c,vel in xi cum,x,terminant prẹteritum:vt. Facio,factum. Dico,dictum.

¶ In ſum quę in ſi cum,ſ.vel in di.terminant, pręteritum,vt iubeo ſum, offendo,offenſum, ledo,leſum. ¶ In ptum.cum, p.quę in pſi.vt carpo,ptum. Sumo,ſumptum. ¶ In tum.quę in bi.mutato bi,in tum: vt bibo,bibitum, quę etiam in ui iunctas terminarunt pręteritũ,ui. mutata in tum.vt audio,auditum. ¶ In itum. terminant ſupinum , quę in ui diuiſas. terminant pręteritum,vt volo,volitum.

¶ De ſupinis verborum paſſiuę vocis

VErba paſſiua,talia habent ſupina,qualia eorum verba actiua. vt amor,aris, atum. ſicut & amo,as. Verba autem deponentia & communia,talia habent ſupina qualia haberẽt eorum verba actiua, ſi in vſu eſſent:vt adulor aris,adulatum. Oſculor,aris. atum qualia haberent adulo,oſculo,ſi adeſſent. ¶ Sequentium tamen,ſequentia ſunt ſupina. Reor, ratum, miſereor,miſertum, fateor,faſſũ,gradior,greſſum , patior paſſum,loquuor, loquutum. Sequuor,ſequutum,fruor,fruitum, labor ,lapſũ, comminiſcor, commentum, proficiſcor, profectum. Nãciſcor,nactum, paciſcor,pactum, adipiſcor,adeptum,vlciſcor,vltum, Obluiſcor,oblitum,expergiſcor,experrectum,experior expertum,defeciſcor, defeſſum, Queror, queſtum, vtor,vſum, nitor,niſum, vel nixum.

Cumplector

Complector,complexum. Amplector.amplexum.Tueor,tutum,vel,tuitum. Ordior,orſum Metior,meſſum,morior.mortuum,vel, moritum.Orior,ortum,vel,oritum.Naſcor,natum, vel,naſcitum. Quorum trium vſitatiora ,ſupina ſunt,moritum ,ortum,natum, licet, participia in rus.ſint moriturus, oriturus, naſciturus, amoritum,oritum, naſcitum.

¶De carentibus ſupinis vel preteritis.

SVpinis carent quę ſequũtur verba.careo vrgeo,timeo,metuo,luo.Reſpuo,linguo linquo,caluo,lãbo, ſcabo,compeſco. Diſpeſco,ſcando, ango, ambigo,tollo,pſallo,cerno, mico,ardeo,æſluo.ſtrideo,algeo,fulgeo,turgeoliceo,lugeo,conitueo,cõquiniſco,rudo,ſ̃do,ſatago, ſterto Sido, obedio, &c . ¶Et verba neutra ſecunde. Coniugationis in ui. diuiſas,pręteritum terminantia vt,rubeo[dẽptis placeo,noceo,ſoleo,pateo,& paucis, alijs habentibus ſupina]Quibus carent hęc deponentia.Reminiſcor,veſcor,medeor,liquor,liceor,& operior deponens.¶Pręteritis carẽt, proprijs non nulla vocis actiueverba,vt gliſco & verba que vulgo dicuntur inchoatiua: vt. caleſco.& non nulla defectiua. ¶Sunt & verba

ba quecum proprijs careant prę̨teritis aliena dantur illis,vt aio.dixi.fero,tuli,ferio,percussi,& non nulla alia, cum omnibus verbis [iam vt dictum est]vulgo dictis inchoatiuis,quibus dari solent præterita verborum vnde descen dunt,vt calui.præteritum huius primitiui caleo ,datum huic verbo calesco. Quæ autem di cimus carere vel præterito vel supino.l.vtroque,carebunt etiam omnibus formulam talium sequentibus.

¶ De compositis verbis quotęcũq; coniugationis. Regula generalis.

VErba composita,taliter sunt varianda,sua qualiter simplicia verba.per terminationem enim verborum simplicium indelligenda est & terminatio suorum compositorum verborum ,vt rideo,risi,arrideo, arrisi. Eximũ tur tamen nonnulla.Do enim primę coniugationis est,sed sua composita tertię,pręter hęc tria primę,circundo,pessundo,& venũdo,cubo primę cum suis cumpositis in ubo.finitis, sed in umbo,finita sunt tertre, lauo,primę, sed sua cõposita tertię.Pario tertię,sed sua cõposita qnartę.Ceio secũde ,sed sua cõposita quartę.Sapio.tertie sed resipio, quartę. Mico, micui,sed dimico dimicaui. Maneo,mansi,sed

emineo

emineo,eminui, & eodem modo promineo. Immineo,prȩmineo. Oleo,olui,sed sua composita in eui.vt exoleo,exoleui,in oleo,in oleui,lego,legi,sed inteligo, diligo, negligo,in. xi. Cano cecini,sed sua composita inui,diuisas Eximũtur & quȩdam alia iam[cum de præteritis &supinis actũ est] expressa. ¶Et si verba simplicia geminatam habẽt præterita syllabam.earum tamen composita,ex illis relĩquũt priorem: vt pendo pepẽdi,sed appendo appẽdi. Illam tamen geminatam tenẽt composita, compesco,dispesco,sto,& do.Et hæc duo cõposita præcurro,& repungo.

¶De quibusdam defectiuis verbis.

HEc verba,odi.noui , cæpi,memini inomnibus deficiũt præterquam præterito perfecto indicatiui,& sex illis tẽporibus ab eodem præterito formatis, vt odi oderam,odissem,oderim.odissem,odere. odissem,cũ alijs, eorumdem temporum personis.Veruntamen, & si nullas alias habeant voces,habent tamen significationem aliorum temporum, in vocibus solis illis.Memini enim significat quantũ recordor,vel recordabar,vel recordatus sum. ¶Salue,saluete.Aue, auete.in secundis per-

ſonis præſentis imperatiui. Saluere aut caue-
re inpræſenti infinitiui. ¶ Quæſo quæſmuus
inprimis perſonis præſentis indicatiui. ¶ Fo-
rem.fores,forent inpræſenti optatiui & prete-
rito imperfecto.ſubiunctiui.Et fore inpreſen-
ti infinitiui. ¶ In quio vel inquam, inquis.in-
quid.inquiunt,inpræſenti indicatiui. Inquiſti.
in præterito,inquiunt infutnro eiuſdem modi
Inque inſecunda perſona præſentis imperati-
ui ſingularis numeri. ¶ Aio .ais,ait, prodico.
is,it.Et aiunt,prodicunt inpræſenti indicatiui,
Aiebam.bas,bat,aiebamus.tis.bant. Præterito
imperfecto. A iam,as,at,infuturo eiuſdē modi
Ai,inſecunda perſona,ſingularis præſentis im-
peratiui. Aiens,in participio præſentis.

¶ Quarta pars huius libelli de regimine,
verbi aliarumque orationis,par-
tium præambula annotatiũ
cula quædam.

QVoniam vti in principio ſecundæ partis,
huius libelli teſtati ſumus,vocabula quā-
tumcumque latina orationē minime poſſunt
cōgruam efficere ſint niſi debite diſpoſita ,tria
autem ſunt quibus latina vocabula ſunt diſpo
nenda,nempe,concordantia,variatio,ac regi-
men.

men. ¶ Expeditis [quantum rudibus sufficit] duobus primis, super est vt. tertium. videlicet regimen expediamus, quod rudes non aliud esse putent quam alicuius certi casus exigentiam quandam. Illa enim datiui casus exigentia in hoc berbo, seruio, vel accusatiui in hoc verbo amo, dicitur regimē nichil quippe aliud est, seruio datiuum regere, quam datiuū, exigere. Regere enim [hoc saltim in proposito est idem quod, casum exigere seu velle, sequitur ergo.

¶ De regimine nominatiui cum verbo a fronte. Regula generalis prima.

Omne verbum personale finitiui modi regit ante se expresse vel subaudite eiusdē numeri & personę nominatiuum, vel aliquid pro nominatiuo: vt. ¶ Ego doleo. Tu gaudes illi rident: nos fallimur. Notanter hac in regula dicit personale, quia impersonale ante se nominatiuum non recipit, vt. Tedet: piget: pæmitet: viuitur: statur. Item tamquam impersonalia: vt, lucescit, diescit: noctescit: vesperascit, dieuxit, pluit, ningit, grādinat. Quæ exponuntur per verbum fit & est. Item hęc, fieri potest vt fallar fieri solet, fere fit: malefit. Bene fit, sub audi res. ¶ Rursus in regula dicitur finiti mo-

di:quia infinitiuus ante ſe accuſatiuum nõ no minatiuum habet:vt.Gaudeo patrem rectevalere,ideſt,gaudeo quod pater rectevaleat,Me amare,rumor eſt. Tirrãnũ viuire,nocet reipublice. Sed,quare in regula dicitur ante ſiue a fronte? quia verbum perſonale plerumq; poſt ſe habet obliquum :vt amo Deum,ſtudeo grãmaticam. ¶ Dicitut ſubaudite vel explicite, quia nominatiuus in verbo primę & ſecundæ perſonæ non explicatur, niſi diſcretionis aut emphaſis cauſa Exemplum primi: vt nos accuſauimus, vos damnaſtis. Exemplum ſecundi: vt. Tu audes iſta loqui? ¶ Eſt aurem diſcretio cum aliquorum ſtudia contraria ſunt. Emphaſis vero, eſt amplior virtus altiorem prebens intellectum quam quæ verba per ſe ipſa declarant. Cur etiã dicatur eiuſdẽ nũeri & perſonæ patet,quia aliter in congrue &in epte eſſent orationes:vt ego curris. Tu lego,nos lego. Quædã tamen quæ collectiua appellãt, numero ſingulari multitudinẽ ſignificãtia plurale verbũ efflagitant,huiusmodi ſuut populus,gens,turba:vt pars abiere,turba clamãt,quomodo raro audeat quis loqui niſi poëta,hiſtoricue ſcriptor. ¶ Dicitur deniq;.l.aliquid pro nominatiuo:quia aliquoties orõnis pars nominatiui vice ponitur:vt. ¶ Dolet mihi,quod res non ce

ſſerint

COmparatiua & superlatiua constructionem habent comparatiuorum nominum vnde profecta sunt, vt. Accessi propius te.i. quā tu. Melius te dicit, idest quātu. Plus quingentis colaphis,& plus milies colaphis. ¶ Itē hæc,procul,clam,palam,coram,quæ & aduerbiis & præpositionibus ānumerari possunt: vt procul dubio,& procul ab vrbe. Clam patre. Palam omnibus. Coram omnibus.

¶ De aduerbiorum interrogationibus.

QVædam sunt temporis interrogatiua:vt. Quando,quandiu,quādudum Quā pridem. Quam mox. Quousq;. ¶ Ad quando.respondetur heri, cras, pridie,postridie, nudius tertius,nudius quartus,vt,si quæratur. Quando fuisti a studio remotus? Quando fuystes quitado del estudio. Res. Heri,ayer, nudius tertius:ante ayer. Nō ita dudum No a mucho tiempo. ¶ Sunt & aliæ per contandi formulę.

Quanto

Quanto tempore. Quantum ab hinc? Quantũ temporis? ¶ Ad quandiu. Reſpondentur, tantiſper, paulisper, parumper, ſemper: vt. Quã diu nauaſti operã literis? Reſ. tantiſper. Vnpoquito &c. Caue dicas. Da mihi parumper vini, ſed parum. Dicas, autem mane parumper. Eſpera vn poco. Reſiſte, paulisper, idem. ¶ Ad quam mox. Reſpõdetur, ſtatim, cito, iam, nunc, illico protinus, &c. vt. Quã mox hinc euolabis? Reſ. vt. inf. ¶ Ad quoties. Reſpõdetur? Sępe. Raro ſubinde, nunquam, plerunque, cotidie, toties. Item numeralia, ſemel, bis, ter, quater, quinquies, ſexies et ita deinceps, vt. Quoties rus te cõfers? Reſ. quotannis, ſeu quolibet anno Sępe, vel ſubinde. muchas vezes.

¶ Ad quouſq;. Reſpõdetur, Hactenus, adhuc in diem, in horam, hucuſq; vt. Quouſq, iſthic, expectabis. Reſ. in diem ſeu inhoram. Vn dia vna hora. Quouſque expectaſti. Reſ. hactenus Haſta agora, vel huc uſq;. &c.

¶ Quędam aduerbia loci interrogatiua.

Aduerbia loci interrogatiua, ſeu quęſitiua ſunt vbi. i. inquo loco. ¶ Vnde. i. aquo loco. Quò i. adquem locum. ¶ Quà. i. perquẽ locum. ¶ Quorſum. i. quem locum verſus.

¶ Quo usq;.i.quem locum usq;?
¶ Respõdetur ad vbi,hic,istic,illic,ibi ,intus, foris, vtrobiq,, passim, nusquam, suprà, infrà, subtus,domi , ruri,vt vbi ligatur? Res hic, vel istic,&c. Vbi est pręceptor? Res.i. ¶ Respondetur ad vnde.hinc,istinc,illinc,inde,eminus, cominus,alicunde,superne, inferne,rure,domo,vt. Vnde venis? Res.eminus,de lexos,cominus,de cerca,cœtera patent.
¶ Respondetur ad. Quò, huc, istuc, illuc, eò, illò,aliquò,quoquò , quocumq;, intro, foras, peregre supra, infra,rus, domum , scilicet vt. Quo vadis? Res. Vado istuc.& c.
¶ Respondetur ad. Quà,hac,istàc,illàc,quaq̃, quacumq;,quaquauersus,scilicet vt. Quà iturus es? Res.istac,quaquà uolueris.& c.
¶ Respondetur ad quorsum, horsum, istorsũ, illorsum,sursum, deorsum, & c.vt Quorsum, eunt pueri? Res.sursum Hazia arriba.& c.

¶ Variantia quędam.

¶ Foris cænat, & foris venit. Peregre venit. Peregre abijt. Nusquam apparet . En ningun lugar paresce. Nusquam discedam. No partire de aqui.

¶ Regimen prępositionis.

¶ Duos

¶ Duos casus exigit prępositio accusatiuum
scilicet,& ablatiuum. Exigentes accusatiuum
sunt,ad,apud,ante,&c . de quibus supra in pri
ma parte quantum rudibus sufficit dictum est.
Similiter de ablatiuo seruientibus.

¶ Regimen interiectionis.

¶ Expaucis interiectionibus, interdum cum
egimine repertis.Heuaccusatiuo. O,et, proh
ominatiuo vel accusatiuo gaudent apponi:
t.Heu me infelicem,vel ego infelix. & òme
nfelicem. Proh dolor. Proh deum. Hei et
e,datiuo apponũtur vt Hei mihi,vel in alijs.

¶ De constructione coniuctionum.

Aduersatiuæ coniuctiones. Et si, tametsi,
uamquam.Etiam si ascifcunt indicatiuum dũ
xat inprincipio statim orationum pistolarũ,
brorum cũ verbis cohærent. Iunguntur etiã
um aliis subiunctiuis orationem non incho-
ntibus.Exẽpla proprius Etsivei eor iudices.
unque yotemo & c.Tametsi nõ salutas me,
go tametsi salutabo.& ita de ceteris. Exẽpla
osterioris.Salutabote,tametsi nõ salutes me
o ad patrem,quanquam sit iratus. ¶ Quãuis

& licet ſubiunctiuum frequentius poſtulant
raro orationem inchoantes:vt. Semper ęget
licet abundet auro & argento. Huic omnia
deſunt,quamuis totum poſſideat. &c. Vt,pr
quamuis,ſubiunctiuum habet:vt taceant ſeru
iumenta loquentur.i. quamuis taceāt. ¶ Ali
quoties ad aliam orationis partem referuntu
non ad verbum idque in medio orationis, v
complectitur hominem,etiam ſi peſſimè de ſ
meritum, Aunque le aya hecho daño.
¶ Ni,niſi ,ſi ſiquidem,quod, quia & indicat
uis & ſubiūctiuis adhærent . Vapulabis, niſi f
cies niſi.l.feceris. Quod bene vales,et. Quo
bene valeas gaudeo. Non quia ſic merui ve
meruerim,ſed quia ita voluiſti. Non quia,ſ
pauper,ſed quod ſit improbus.
¶ Quando,quandoquidem. Quatinus, indi
catiuum exigunt,& frequēter ſequūtur cauſ
vt. Quando tu me negligis,tui quoque cur
abijciam. Pues tu no tienes cuydado de m
yo no me curare deti. Quādo mihi nō cred
ipſe facito periculum.Pues que tu no me cre
¶ Quippe,rationis redditiua cōiunctio ꝓ,qu
certè,vel quoniam indicatiuum exigit, ꝓpri
verbū habens.vt. Dāda eſt huic venia,quipp
ægrotat . Cumple permitirle aquello , viſt
que eſta doliente.

¶ Quipp

¶ Quippe,quum[qui]ſibi comitem adiungit vtrũq; admittit modum,tum indicatiuum tum ſubiunctiuum, vt . Non iſti eſt credendum, quippe qui nil quam mentiri nouit,vel nõ eſt nui: habenda fides,quippequi bis iam peierauit ſiue peierarit. No ſe le deue dar credito viſto que ſe a perjurado dos vezes. ¶ Quicũ habet vim cauſalem,ſemper adhęret,ſubiunctiuo. Stultus es qui huic credas. Peccaſſe mihi videor,qui à te diſceſſerim. Pienſo auer hecho falta en me partir deti.

¶ Vt,et vt pote proprium verbum nunquam abent Odi Petrum, vt in omnes maledicũ, vel, vt pote in omnes maledicũ. Amo Antonium,vtpote virum integerrimũ. Quippe, et vt pote ad formulam cauſalem referuntur Odi Dionyſium,quippe tyrannũ. Amplector, Petrum,vt optimè deme meritum.Tamen,vt et, vtpote potius aduerbia videntur, pro ceu aut tãquam,quam conditionales,aut cauſales ue coniunctionales.

¶ Et tum tum cũ tum ſimiles modos copulãt in verbis,et ſimiles caſus indeclinabilibus:vt Odit tum literas,tum virtutem.Amplectitur, tum eruditos omnes,tum inprimis Eraſmum.

¶ Quibus modis verborum congruant,

VBi,poſtquam,cum , aduerbia temporis: interdum indicatiuis, interdum ſubiũcti uis verbis apponuntur:vt.Cum aderit ,&cum venerit. ¶ Poſtquam exceſsit ex ephebis,i. Deſpues que fue grande. Vbi, pro poſtquam. Subiunctiuum,tamen ad modum raro legitur: vbi nos lauerimus,ſi voles lauato.

¶ Simul,ſimulac, ſimulatq; , magis gaudeant ſubiunctiuis tamen indicatiuum non repudiẽ Simul utq; adoleuerit ætas . Luego que ſeras de edad. Simul atq; hoc audiuit,obit cuit.

¶ Vt pro poſtquam indicatiuo gaudet adiun gi. Vt ventum eſt vrbem. Illum vt primum vi- di,nunquam vidi poſtea.i. Deſpues que le vi la primera vez nunca mas le viſto.

¶ Quemadmodum,vt. Sicut, vtrumq; modũ admittunt. Vt ſalutabis , ita & reſalutaberis. Como tu ſaludares,ſeras ſaludado. Vt ſemen- tem feceris,ita & metes, ideſt reportabis præ mium tuis factis dignum . Seras pagado ſegũ tu ſeruicio,metaphora eſt elegantiſsima.

¶ Quaſi,ceu , tanquam ,per inde , acſi,haud, ſecus acſi,cum propriũ habent verbum ſubiũ ctiuis gaudent apponi. Tanquã feceris ipſe ali quid. Como ſi ouieſſe hecho algo . Quaſi non norimus nos inter nos. Como ſi noſotros.&c. Alias copulant conſimiles caſus:vt.Noui ho- minem

minē tanquā te. Conoſco le como a ti. ¶ Arri det mihi quaſi amico. ¶ Velut,&veluti,quaſi tanquā,ceu, imaginē ſignificant quod in apto erit ſi ſoluantur orationis in verbū ſubſiſtendi. vt. Tu iraſceris tanquā leo.i.tanquā leo eſſes. ¶ Sicut verò,& ſicuti,ſimilitudē innuit,quod indicat verbū prius repetitiuū :vt iraſceris ſicut leo.i.ſicut leo iraſcitur· ¶ Perinde flagitet poſt ſe,acſi,vel atq;.pro ita:vt fac perinde acſi tua res eſſet. Quòd ſi non ſequatur,nec,acſi, aut negatio,accipitur pro a que:vt hoc faciūt doctiſsimi viri,& per inde probatiſsimi. Et accipitur pro multū:vt. Aduentus eius non perinde gratus fuit.i.non multū gratus. Su venida no a ſido muy agradable. ¶ Nc,prohibentis vel impatiuis.l.ſubiūctiuis additur:vt. Ne nega,vel negaueris. Ne dixeris. ¶ Ne cū eſt interrogātis indicatiuū amat:vt. Supereſt ne? & veſcitur aura? Es aū biuo? viue? Similiter &an & nū. Cū verbis verò dubitationis ,aut in ſciētiæ ſubiunctiuū an admittit? Ideoq; tu interroga. Aurū ne eſt an aurichalcū. Et tu reſponde, neſcio an ſit hoc an illud. Amo pſonale an impersonale,vel amo perſonale, an impſonale?l. Amo perſonale eſt necne? Quidam ſupuacuè addunt alterū,an,ſic. Neſcio an venerit necne Dictum enim oportuit ,neſcio venerit necne

¶Huic confinia ſunt illa. an, & num, vt. Viſe num redierit. Nil refert feceris, an perſuaſeris. Todo es vno hazer vna coſa, ōpſuadir a otro, que la haga. ¶Sed operęprecium eſt illud, audire, quoties per negationē interrogamus, ſubintelligi affirmationē: vt, nū, ego te docui? Affirmatiuæ reſponſioni conuenit [etiam] vt, vidiſti patrē tuū hodie? Si tu vidiſti, reſpōdere debes etiam, vel ſic.

¶Pene, prope, propemodum, tantumnon, modonon, vnico verbo ſeu alia, dictione contenta ſunt, vt. Propemodum inſaniebat. Tantū non inſaniebat. Modo non inſaniebat. Hora prope prima.

¶Ordo grammaticę declarationis.

¶Regulę ordinis grammaticę declinationis ſunt ſeptem.

PRima, excitandi particulę: vt aduerbia, optādi, vocandi, demonſtrandi, hortādi, & reſpondendi, & interiectionis plærunque, ſumunt principium in, ordine grāmaticę declinationis, veluti hac in oratione. O quam vellē, vt illud eueniret. Et, age, illud omittamus, controuerſia enim eſt. ¶Secūda regula, poſt hęc ſequitur vocatiuus. ¶Tertia poſt vocatiuū

tiuum sequitur nominatiuus. ¶ Quarta, post nominatiuum sequitur verbũ, personale finiti modi semper intelligitur si sit in oratione. Nã si hęc ab fuerint, ab impersonali esset incipiẽdum: vt. Tędet, animam meam vitæ meæ. ¶ Quinta, dictio recta à tergo sequitur dictionẽ regentem. Itaq; post verbum personale aliquãdo sequitur nominatiuus: vt, sum homo, aut genitiuus, vt, misere mei. Aut datiuus, vt, seruio Deo, aut accusatiuus: vt amo Deũ. Aut ablatiuus: vt careo numis. Propter eandem regulam aliquando ante nominatiuum ponitur, obliquus, vt hei mihi amore pereo, & ãte verbũ obliquus. Vt studens virtuti laudatur. Ideo diligenter considerandum est quem quęq;, dictio casum regat. ¶ Sexta, declarans declarato postponitur, vt, adiectiuum substantiuo, aduerbiũ verbo. Infinitiuus finito. Item, infinitiuus & supinum & gerundium postponitur adiectiuo. Vt certus mori aut moriẽdi. &c. ¶ Septima, in declaratione orationis diligenter videndum est an aliquid subaudiatur: quia hoc suppleri debet, vt, miseram me vereor, sub auditur o, vel heu. Vnde mihi lapidem? subaudi, comparabo, vel aliud tale. &c.

¶ Quinta pars.

Pars

PArs huius tractatuli de accentu ſimul & quantitate ſolius penultimę, quam dũtaxat noſcitur accẽtus præſuponere, pro rudibus ſeorſum collectam ex hauſtamq; ex illo, veluti in ex hauſto pelago, in quo tractãt verſificatores de omnium quantitate ſyllabarum.

¶ Quoniam bona pars latini ſermonis conſiſtit in rectè proferendo, id circo, vt rectæ pronunciatiõi doceamus pueros aſſuefacere eos in primis ſcire oportet, quo ſuo quæq; dictio moderanda ſit accentu, qui quidem nil aliud eſt, quàm debita dictionum pronunciatio, quę fit circa vnam tantũmodò ſyllabam acuẽdam, cæteris quibuſcũq; ſyllabis grauãdis. ¶ Quæ autem ſit illa acuenda ex ſequentibus regulis manifeſtum erit rudibus. ¶ Prima regula eſt, in dictionibus monoſyllabis, hoc eſt vnius tãtuum ſyllabæ, vnica illa eſt acuẽda: vt eſt, non, aut, mons, frons, dens. &c. ¶ Secunda regula: in dictionibus diſſyllabis, hoc eſt, duarum ſyllabarum, prior tãtùm eſt acuenda, vt, Deus cælvm, terra, aqua, ſtella. &c. ¶ Tertia, in dictionibus pluriſyllabis. hoc eſt, trium, vel plurium Syllabarum penultima tantũ ſi fuerit lõga, eſt acuenda: pro qua breui acuenda eſt antepenultima. Verbi gratia, vbi lõga eſt penultima, magiſter, tempeſtas, docere, audirem. &c. Vbi veto

rò breuis eſt,matrimonium longanimitas ,do minus,lèctio,lègere. A quibus regulis tribus eximenda alidi vel in quiuntur videnda Animaduertar interim rudis,ſepe aliud eſſe ſyllabam longam,ſeu producendam,aliud vero acuendam. Contingit enim crebrò aliquam ſyl labam eſſe acuendam , quæ tamen breuis eſt, ſeu corripienda:vt Deus,facio,dominus. & aliæ innumeræ , in quibus expreſsis acuenda eſt prior ſyllaba , licet breuis ſit & corripienda. Contingit autem & quidem ſæpiſsime eandem ſyllabam eſſe longam , & acuendam. vt, magiſter,tempus,docere, dormire, in quibus penultima longa eſt acuenda. Alio tamen reſpectu eſt acuenda,alio verò longa eſt , ſeu pro ducenda. Eſt enim ideo acuenda ,quod pronũ ciatio eius ſurſum tendere videtur . Eſt verò longa,ſeu producenda eò ꝙ in ea plus tempo ris conterendum eſt quam ſi breuis eſſet , ſeu corripienda. Contingit & nonnumquam ſyllabam longam eſſe grauandam, nec putãdum eſt idem eſſe ſyllabam grauari,&breuiari,quã uis ſæpe contingat eandem ſyllabã eſſe & breuiandam,& grauandam diuerſo reſpectu.

¶ Quoniam ergo pro accentandis dictionibus pluriſyllabis ſcire opus eſt, quæ penultima producta eſt,& quæ correpta, in de cõtingere

gere constat omnimodam accentus difficulta tem. Difficultas quidem nulla est in accetandis dictionibus, aut monosyllabis, aut dissyllabis, eo quod pro talibus, nullius syllabæ quantitatem scire est necesse, cum dictio vnius syllabæ, in illa vnica siue lōga siue breui, sit acuēda. ¶ Dictio autem dissyllaba acuenda in priori, siue longa, siue breui. Vt igitur ipsum super struamus accentum. In primis animaduertat rudis, se non debitè, nec facilè, sed neq; citissimè, rectum accētum attingere posse absq; duce & discursu quodam, hæc enim duo sunt accentui per quam necessaria. Duce inquam opus est rudi, quemadmodum & sagittario qui vt sagittam rectius ad scopū dirigat, nonnihil habet tanquam directiuum, quo dirigatur sagitta ad scopum, & facilius ipsum contingat. Consimili quoq; modo rudis, si ducem habuerit directiuum, vbi fieri cōtingit accentum, nō ab illo deuiabit, si tamen ad suum ducem præambulum fixè intenderit oculum. Dux talis sit illi penultima, quæ sola dirigere valet ad rectè accetandas dictiones plurisyllabas, in quibus tantummodò difficilis est accentus. Quare summè ad monendi sunt rudes, vt cum primum accētanda occurrit aliqua dictio trium, pluriumue syllabarum, subitò & ante alia quæ

cumq;

cumq; illius arripiant penultimam visuri è vestigio de illa, sit ne breuis, vel longa, quam si se quētibus ex regulis nouerint longam, acuant illam, si verò breuē, pro ea acuāt ante penultimam. ¶ Postqnam verò talem ad rectè accentandum arripuerint ducē, opus est sub tali duce faciant quēdam discursum, hoc est considerationem quādam super ipsa penultima, quam discursum percurrendo, omnimodā [quam p̄ erexit accentus] prosequemur penultimę quātitatem, vtrum videlicet talis penultima sit diphthongata, aut alia quæ vis syllaba. ¶ Vnde notet syllabam esse duplicem, diphthongata scilicet, aut non diphthongatam. Diphthōgatę syllabæ in dictionibus Latinis sunt hæ quatuor. au. eu. æ. œ. Aliæ verò syllabæ dicuntur, non diphthongatæ. ¶ Si ergo penultimam talem viderit esse diphthongatam, acuet illam iuxta talem regulam generalem.

¶ Regula generalis.

PEnultima dihpthongata acuenda est tanquam lōga, vt thesaurus, exaudi, Iudæus Cam œna. &c. Quoniam autem rudis non facilè valet perpendere dictiones penultimam. æ. vel. œ. diphthongatam habētes: cū propter

talium

talium diphthongorum nimium latentem sonum:tum ob scripturam rectam plærisq, in libris deprauatam.Ideo tales saltem magis vsitatas operæprecium fore duxi subscribere,vbi prius notandum paucis,in penultimis diph thongos tales reperiri. Ex quibus pauca sunt quæ sequũtur.Iudæus Iudæa.Bartholomęus, Mathæus,Hebræus,Phariseus,Saducæus, Ci renęus, Machabæus, Manichæus ,Dumæus, Galilæus,Nazaræus.Idumęa,Galilæa, Nazarænus,Procęrus,Syncærus,Trophæum,Mau solęum,Diadæma,Ba'æna,Muræna, Chimæra,Machęra,Persæpe,& Prædor . Et si qua sũt alia composita. Cũ sæpe,& prædor . Item cum cęco.Tædet,Cędo, Lędo,Cęlo, Fæco, Dæmon,Clęmens. Frænum fræno.æquus.a.ũ. æquo.as.hæreo,meræo [protristor]cęra,hęres lętor,sęuio. Quorum prior syllaba in composi tis suis efficitur sępe penultima:quod quoties contingit , meminerit rudis talem acuere : vt obcæco,Pertędet,Refręno, Cacodęmon,Co hęres,Adhęres. Adhęret,Desęuis.&c . Quæ etiam sęquuntur in penultima sunt acuenda tã quam longa.oe diphthongo scripta sicut & superiores per.œ. vt amœmus. Camœna,Lagœna,epicœnum. Obscœnus,infœlix,incœpi.Et omnia alia composita cum dictione dissyllaba

cuius

cuius prior ſyllaba.ae.vel.oe . diphthõgo ſcribitur dũmodò talis prior efficiatur penultima in ſuis compoſitis pluriſyllabis . ¶ Si autem viderit talem penultimam non eſſe diphthongatam,ſed aliam, qualiſcumq; fuerit, diſcurrat ad huc, talis penultimæ accepturus vocalem,& conſideret,quàm poſt ſe immediatè ſequentem habet literam.Non enim eſſe poteſt quin talis ſequens litera ſit vel vocalis,vel cõſonans. Quę ſi vocalis fuerit,ita vt ſit vocaliũ ſequella, tũc penultima talis grauanda eſt tanquam breuis iuxta regulam hanc generalem.

¶ Regula generalis.

ANte penultima acuenda eſt in dictionibus Latinis , quarũ penultima breuis eſt vocalium ſequella.In dictionibus enim Latinis vocalis ante vocalem breuis eſt.vt ſapiẽs, facio,doceo , penultimam tamen acuunt , vt longam ,genitiui terminati in , ius , in proſa: [dempto alterius], Genitiui etiam , & datiui in,ei,terminatis[dempto fidei].Et compoſita cum,fio,vbi,i.eſt penultima ,vt,calefio, calefiam,calefiat.&c . In dictionibus autem Græcis, vel Hebræis, acuenda eſt antepenultima in nominibus cunctis in.ias.finitis , cum taliũ

penultima

penultima ſit breuis.vt.Tobias, Ieremias, Zacharias, Ananias, Eſaias. Et alia quæcumq; ſic finita ex Grecis aut Hebreis aſſumpta, quæ ſolet deprauata conſuetudo malè in penultima acuere. ¶ Idem dicendum de omnibus fere in, ia, finitis, quæ in rei veritate acuēda ſunt in antepenultima, cum breuis ſit eorum penultima & iota ſcribenda. vt ſunt omnia compoſita cum, logia: vt, theologia. Cū, ſophia: vt philoſophia. Cum, gràphia: vt, orthogràphia. Cū odia: vt, proſodia. Cum, archia: vt, monarchia. Cum, nomia, vt, aſtronomia. Cū, phonia, vt euphonia, & quæ ſequuntur. Euchariſtia, Euphèmia, Phantaſia, Anaſtàſia, chirurgia, melancolia, Lucia, agonia, omilia. Cum.i, nō.e. Maria, etiam pro virgine, & deniq; omnia id genus alia, præter quæ ſequuntur, quæ ſola in penultima, ſunt acuenda tāquam longa, & Greca, ei. diphthongo ſcripta, ut, latria, Idololatria, Cū ſex ſyllabis, dulia, Angariā Elegia, Epiphania Ironia, Energia, Hermenia, Euſebia, Eugeniā Eumenia, Litania cum.i. non cum.e. mœchia, Propheſia, Thalia, Caſtrimargia, Perihermenias, Necromantia, Acromantia, Geomantia, Alexandria, vel Alexandræa, Antiochia, vel Antheochea. Nicia, vel Nicea. Nicomedia. l. Nicomedea. ſeleutia, vel ſeleucea. ¶ Habet

igitur

igitur rudimentarius in his omnibus veritatē ex vno latere, deprauatam verò consuetudinem ex altero, quò se vertat eligat. ¶ Præter superiora Gręca, & Hebręa vocalem ante vocalem in penultima habentia sunt & quę sequuntur cum penultima acuenda tanquam lōga: vt. Brabium cum.b.potius quàm cum.u. graphium, Eustochium, pandochium, polium & id genus alia multaq́; in, ion, finita, vt Hilarion. Et possessiua in ous finita: vt Argous. Et in eus, nōnulla. Et quæ visa sunt supra diphthō go scripta. vt tropheum, Mausolęū. &c Diphthongi enim in Gręcis dictionibus, etiā si vocalium contigerit sequella, producūtur. ¶ Notanda sunt autem composita, cum, theos. quorum antepenultima contra abusum est acuenda, cum eorum penultima sit breuis, vt, Timotheus, Dorothea. &c. Alia verò ferè omnia Gręca, quorum penultima habet.e.ante.a.acuuntur in illa penultima tanquam longa: vt platea, chorea, idea, Medea, romphea, Calliopea Ænea, in Virgilio. Nam in actibus Apostolorum cum his duobus, Andreas, Boreas antepenultimam acuit contra consuetudinem malam. ¶ De Gręcis, ac Hebręis, vocalem ante vocalem in penultima habētibus hactenus dicta sufficiant. ¶ Iam verò ad discursum redeū

tes iterum. Si vocalis penultimæ non vocalē post se habet immediatè, sed duas, vel plures consonantes est longa: vt. Honestus, vestis, cisterna, consona, cingulum. &c. ¶ Verumtamen si ex talibus duabus consonãtibus prior esset muta &, posterior liquida [existente vocali naturaliter breui ante talem mutam] tunc penultima talis grauanda esset tanquam breuis in prosa, & pro ea acuenda esset ante penultima, vt tenebræ, cerebrum, pharetra. In carmine autem cum breuiari & produci possit talis vocalis, vbi producitur acuenda est penultima, vbi verò breuiatur grauanda est.

¶ Notandum est autem in proposito duas tantũmodò esse liquidas .l. scilicet, &.r. quamuis olim fuerint plures. Cæteræ verò cõsonantes [præter duas illas liquidas] nũc dicũtũr mutę

¶ Notandũ est etiã, vocalem dupliciter posse esse longam, positione scilicet, & naturaliter:

¶ Longa positione est quoties habet post se sequellam duarum cõsonantium, vel plurium vel vnius ęquiualentis duabus, vt salubris, gaza. Est autem longa naturaliter, si aliter fuerit, longa. Sed si breuis est vocalis, dicitur tantum modo breuis naturaliter, hoc est tandiu erit breuis, quandiu talem vocalem non sequētur duæ consonantes immediatè: vocalis enim sic

naturaliter

naturaliter breuis, propter duarum consonantium sequellā efficitur longa. Longa autem naturaliter nonnūquam potest effici breuis, quātumcūq; muta sequatur cum liquida. Ideo cōtra abusum acuendæ sunt in penultima huiusmodi dictiones: aratrum, lauacrum, inuolucrū, simulacrum, volutabrum, candelabrū, ambulacrum, & similes, quarum penultimā ex sequētibus inferiùs ponendis regulis cognosce naturaliter longam. In quibus autem est breuis naturaliter, adhuc remanet breuis, licet vocalem ipsam sequantur duæ consonantes, quarū prior sit muta & posterior liquida. Quòd si ambæ consonantes illæ essent mutæ, vel ambæ liquidæ, vel prior liquida, & posterior muta, tūc vocalis efficeretur longa etiam si breuis esset natura: ita quòd nullomodo breuis erit & grauanda, nisi simul occurrentibus duobus, hoc est, quod vocalis sit naturaliter breuis, & quod ex consonantibus eā sequētibus duabus prior sit muta & posterior liquida.

¶ His igitur visis, ad discursum fiat recursus talis. Si vocalis illius penultimæ, nec vocalem aliam habet immediatè post se, nec duas consonantes, sed vnam tantummodò consonantem, consideret rudis si sit aliqua ex

ex ęquiualētibus duabus,aut secus. Æquiua-
lentibus autem duabus sunt. x.z i.& .u, aliq̃r
do positæ inter duas vocales. Quòd si vocalis
penultimę post se habeat immediatè aliquam
ex talibus consonantibus duabus ęquiualen-
tibus, acuēda tunc est penultima talis,vt: Bap
tizo, thesaurizo. ¶ Si uerò nulla ex prędictis
fuerit,sed alia qualiscumque, dummodò fue-
rit sola,meminerit rudis ibi aliquandiu quies
cere, non enim vna paucisùe sub regulis ostē
di potest inquibus est acuēda penultima, v
longa, & inquibus grauanda,vt breuis. Opus
est enim regulis multis.

Ideo quotquot supersunt huiusce partis re
gulę hoc vnicum habent ostēdere. ¶ Regu
lę autem illę trifariam sunr. Primas vocamu
generales. Alteras speciales, quales erunt
quasde incrementis dabimus. Prostrema
verò specialissimas vocabimus, quasde pri
mis & medijs regulis vocant, qui de syllaba
rum quantitate tractarunt. ¶ Cum ergo vide
rit rudimentarius vocalem, penultimę haber
post se tātūmodò vnā consonantē simplicem
hoc est quę non est.x.nec.z.nec.i.aut.u.posit
inter duas vocales, quę vocantur, consonan
tes duplices,videat tūc si deriuatione,cogno
cet an sit penultima illa acuenda, vel grauan
da

da,qua de re sequentes notet regulas generales.

¶Regula generalis.

¶Illa penultima acuenda est in deriuatiuo, quæ longa est imprimitiuo:vt,amàtor,amatrix matus. Primitiuum quorum est.amatũ.supinũ ius penultimã esse longã ostẽdetur inferiùs lla verò penultima grauanda est inderiuatiuo uę breuis est imprimitiuo:vt,genitor, genix,genitus, quorum primitiuum hoc est supinum genitum,penultimam habens breuem t infrà est dicẽdum. Et intelligendũ quãuis, ocalis,primitiui non remaneat, inderiuatiuo d in aliã mutetur vocalem dũmodò tamen, maneat eadem consonans. quæ si nõremaret,deriuationi non locus esset. Recurrendũ í foret ad specialissimas de medijs regulas: calis namq; mutatio quantitatem nõ mutat nè autem aliquando consonantis mutatio. Ab hac autem dederiuatiuis regula ãmẽda at nonnulla frequentatiua verba à supinis, mata,inquibus.a.supini mutatur,in.i. vt cla o,à clamitum, imperito,ab imperatum,inbus deriuatis,verbis, & similibus,penulti- est grauanda tanquam breuis, quanuis inmitiuo supino sit longa. ¶Quoniam, autẽ

creberrimè poterit rudis, cognoſcere per cō-poſitionem,ſit ne penultima breuis,aut longa ob ipſum has notabit regulas.

¶Regula.

¶Acuenda eſt penultima tanquā longa incō poſito,quę longa eſt in ſimplici:vt affligo. Crucifigo,confrater, quorum ſimplicia,fligo, figo frater inferius oſtendetur primam habere, longam.

¶Regula.

¶Grauanda eſt autem,tanquā breuis, penultima incompoſito ,quę breuis eſt in ſimplici, vt,adamo,compater, quorum ſimplicia,amo, & pater infrà patebit priores habere breues. Et ſub intelligendum eſt in compoſitis, quod ſupra diximus inderiuatiuis,vt pote quòd mutatio vocalis nihil obſtat,dūmodo conſonans remaneat in compoſito, quæ erat in ſimplici, quæſi non remanet,fiat quod dictum eſt in deriuatiuis.

¶Eximenda ſunt tamen ab his regulis pro cō poſitis datis , compoſita cum.dico.finita indicus:vt maledicus.&c. Quorū penultima grauanda eſt vt breuis,licet in.dico. ſit longa.

¶De

¶Demenda ſunt etiam hæc compoſita innubus.& pronubus ,innuba et pronuba.Deiero &peiero,agnitum,& cognitum,agnitus &cognitus,& ſuffio,in quibus penultima grauanda eſt vt breuis, quãuis in ſimplicibus ſcilicet nubo,iuro,notum,fio,fit longa.

¶Ambitus autem participium penultimam acuit,licet in ſimplici ſit breuis. Ambitus verò nomen eam grauat ſuum ſequendo ſimplex.

¶Poſt quas de compoſitis duas iam datas generales regulas , dantur iſtæ ſpeciales. Prima eſt.

¶Illius compoſiti grauanda eſt penultima,cuius vocalis eſt,i. vel.o.terminans priorem illius compoſiti partem:vt,armiger,librifer, ſemiuir,ſexquipes.&c,

¶Demenda ſunt tamen vbiq;, tibicem, ibidem,idem,tantidem . Cuiq;, vnicuiq;, cuiquam,cuiuis , quantiuis, quadriga , auriga,in quibus penultima eſt acuenda tamquam longa : & quotieſcumq, variantur tales vocales in declinatione ſua.

¶Alia regula.

¶Illius compositi acuēda est penultima, quæ est prior alicuius præteriti dissyllabi:vt,remoui,perlegi, inueni.&c. Præterita enim duarum syllabarum habēt priorem longam, quæ in cōpositis sæpe fit penultima. ¶Demenda sunt tamen quæ componūtur cum his præteritis, dedi,dedit,tuli,tulit,bibi,bibit,steti,stetit,scidi, scidit à scindo:fidi,fidit à findo :vt,circundedi sustuli.&c. Quorum penultima grauanda est, tanquam breuis,sicut in suis simplicibus.

¶Alia regula.

¶Illius compositi acuenda est penultima tanquam longa,quæ est prior syllaba alicuius susupini dissyllabi:vt,remotum, sublatū.scilicet. Supina namq; duarum syllabarum priorem, pruducunt,quę incompositis nōnūq̄m ,efficitur penultima,quæ vt producta,ita est acuenda ¶Grauanda est tamen, tamquam breuis,incompositis,cum istis supinis. Datum, statum, satum,à sero.Situm,à sino . Citum,à cieo, Rutum à ruo, quitum à queo.Itum ab eo. Ratum à reor.Litum à lino. Futum à tuo inusitato,vt circundatum,insitum,restitum, obrutum. &c. Talia enim supina simplicia ,quamuis dissyllaba sint,cum eximentur:priorem habent breuē

Alia

¶Alia regula.

¶Acuenda eſt penultima tanquam longa in ſupino pluriſyllabo in. tum.finito, & à præterito in.vi.iunctas finito,formato.vi.in.tum,vt a natum , auditum,dormitum,petitum,aratum imulatum,ambulatum,leuatum, lauatum.

¶Vnde procedit ratio acuendi in penultima liquã quam abuſus acuit in antepenultima:vt ratrum,ſimulacrum,lauacrum, ambulacrum, nuolucrum.&c.Si enim ſupina,vnde deriuantur,penultimam habent longam & acutam[vt ic dicitur] ergo & ipſa ab eis deriuata : cum nta ſit vocalis in deriuatiuo quanta in primiuo.Nec oportet ſupinum tale ſemper forma à præterito vero,ſufficit enim ſit fictum,ſinõ deſt verum,vt,iratum,potitum,abiraui ficto, potiui:nec requiritur ſemper,vt qualiter di um eſt in regula rectè formetur, nam ſolutũ volutum per eandem regulã producunt & uunt penultimam, quæ tamen non rectè for antur à ſolui,& volui. ¶Ab illa tamen regu eximuntur hæc;ſupina agnitum ,cognitum, quæ componuntur cum ſatum à ſero , cum um à ſino,cũ itum ab eo , cum quitum à q̃o, m citum,à cieo:vt,in ſitum conſitũ,deſitum ditũ,nequitum.&c. Quorum pennltima eſt auanda tanquam breuis,& in ſuis deriuatis

quibus

quibus adduntur frequentatiua verba , quæ mutant .a.ſupini in.i.de quibus paulò ſuperiùs diximus.

¶ Alia regula.

¶ Supina pluriſyllaba ferè omnia in,tum, finita nõ à præteritis in. vi. iunctas formata , ſed ab aliis maximè in.vi.diuiſas finitis , penultimam habent breuem, vt,genitum , poſitum, vomitum,venditum.&c.Dixerim autem non omnia ſimpliciter,ſed ferè omnia , nam argutum penultimam habet acutam, & longã . De quibus ſupinis adhuc ſpecialius alibi dicturi ſumus.Et quod de talibus nunc diximus , idẽ de ſuis deriuatis dicendũ. Circa quæ deriuata omnia ſimul & compoſita vigilantiſsimi eſſe debent rudimentarii.Deriuatio enim & compoſitio in plærisq; oſtendunt quanta ſit penultima,cuius quantitas in deriuatiuis,& compoſitis inquiri debet ex ſuis primitiuis, & ſimplicibus. Quorum primitiuorum , & ſimplicium quantitatem paulatim progrediendo inferiùs cognoſcet rudimentarius.

¶ Alia regula.

¶ Illa penultima eſt grauanda tamquam breuis,

uis,quæ eſt vna ex ſyllabis in aliquo præterito geminatis:vt,peperi,tetigi,pepuli. Acuenda eſt tamen,in pepedi, & cæcidi à cædo,non à cado. Et vbi ad eſt ſequella duarum conſonantium:vt momordi. ¶Hæ ſunt regulæ generales accentui deſeruientes,prætermiſsis illis quæ verſui tantummodò deſeruiunt.

¶Notandum eſt tamen,tres illas ſuperiùs datas generaliores regulas eſſe cunctis aliis datis & dandis tan generalibus , quàm particularibus regulis præferendis: quales tres regulæ fuerunt,illa de diphthongis,& illa de vocaliũ ſequella, illa etiam de duarum conſonantium poſt vocalem ſequella, aut vnius æquiualentis duabus. Quod enim tres illæ dicunt,nullæ aliæ corrumpunt. Corrumpunt autem tres illę interdum,quod aſſerunt aliæ.

¶De cremento nominum ac verborum.

DE regulis ſpecialibus accentui deſeruiẽtibus,quoniam nunc ſuper eſt agendum: poſtquam de generalibus iam eſt actum , notabis rudis regulas tales dictas ſpeciales eſſe illas,quas d̃ incremẽtis vocamus regulas. Circa quas notãdum eſt imprimis.Duplex eſſe incrementũ tale,videlicet,nominale & verbale.

Sub

Sub nominale tamen comprehenditur prono minale,& participiale. Quod nominale est,ad huc notandum est,duplex esse,singulare scilicet,& plurale. Notandum quoq; ipsa incremẽ ta accentui quam plurimùm deseruire, & forte plus alio quocũq;, eò quòd penultima [de qua solùm in accentu est curandum [si alicubi est incrementum ipsa est illud. Si enim alicubi ocurrunt duo aut tria incrementa, ipsa penulti ma vnum saltem ex illis est. Vbi autem nõ nisi vnicum adest incrementũ,ipsa penultima sem per est tale. Vltima enim nunquam est incrementum, quamuis designet vbi est,de qua vl tima pro accentu curandum est minimè.

¶ Notanda sunt autẽ tria super quolibet incremento,vt pote,vbi adest & quæ syllaba est, & deniq; quanta est syllaba,quæ incrementũ est tale.

¶ Priùs igitur de incremento plurali nominũ tractantes,diximus illud esse,vbi in aliquo obliquo plurali exceditur nominatiuus pluralis in numero syllabarum. Vbicumq; autẽ hoc contingit,penultima est incremẽtum tale, pro cuius quantitate & accentu notet rudis sequẽtem regulam.

¶ Penultima quæ cremẽtum est plurale,acuẽda est tãquã longa,cuius vocalis est.a.e.vel.o.

vt

vt dominorum,dominarum,dierũ. &c. ¶ Eſt autem grauanda tanquam breuis ,cuius vocalis eſt.i.vel.u.vt ſermonibus ficubus: ¶ Incrementum vero ſingulare nominum cognoſcitur eſſe in obliquis ſingularibus,& pluralibus, & rectis etiam pluralibus , qnando in ſyllabarum numero excedunt rectum ſingularem.Et quoties hoc contingit , ipſa penultima eſt incrementum.

¶ Pro prima igitur vocali quæ eſt.a.notet rudis hanc fictam & excogitatam dictionem. Arculunt,cuius ſenſus eſt. ¶ In cremento ſingulari nominum penultima eſt acuenda tanquam longa cuius vocalis eſt.a.ante conſonãtes poſitas in hac dictiõe. Arculũt:vt,torcularius, audacis,animalis. Titanis,bonitatis.

¶ Grauanda eſt tamen tanquam breuis in,iubaris,Gaſparis, Balthaſaris,Cæſaris,nectaris, imparis, comparis, diſparis,baccaris , Araris, anatis,abacis,ſtoracis,ſimilacis.Et in propriis in,al,finitis:vt, Annibalis.Et finita in.a.tertiæ, declinationis:vt,dogma,dogmatis. Et deniq; ante omnes conſonantes in dictione prædicta Arculunt.non poſitas:vt, orabis, lampadis.

¶ Pro.e.notet hanc dictionem fictitiam. Edoclin,cuius ſenſus eſt:incremento ſingulari nominum penultima eſt acuenda , cuius vocalis eſt

est.e.Ante consonantes in hac dictione.Edoclin,positas:vt Hęredis.Michaelis. Irenis.Halecis, grauanda est tamen incõpositis cũ.pes, vt,quadrupes. Et ante consonantes omnes non positas in hac dictione.Edoclin,vt pueri, mulieris,parietis,meris &c. Pręterquam in-Iberi Celtiberi, crateris, caracteris. Luteris, stateris,pantheris. In quibus acuenda est vltima,& in alijs à nominibus Græcis in.ter, finitis:dempto cęnter cęnteris,vbi grauatur.Est, etiam acuenda penultima, vt longa, inquietis locupletis,magnetis,& in Græcis in.es,fiuitis vt,lebetis,à lebes. ¶ Pro.i. Notet hãc dictionem ex vnica litera facta .i. in qua nulla est, consonans:cuius sensus est. ¶ In cremento, singulari nominum grauanda est, penultima, cuius vocalis est.i. Ante omnes,consonantes, cum nulla ponatur in hac dictione, ficta.i. vt, hominis,pugilis,martyris,militis ,lapidis,sanguinis,celibis,prĩcipis, iudicis, capitis,remigis,calicis,nominis. ¶ Acuenda est tamen,in quiritis.Samnitis.Et in nominibus Gręcis in. in & in.is,finitis:vt,delphin,delphinis,& in nominibus,in ix, finitis:vt, fælix, fælicis, radix, radicis,pręterquam calix, calicis, fornix,fornicis, filix, filicis, salix, salicis, varix, varicis onix,onichis. ¶ Et quę in.gis,mittunt geniti-

num,

uum,vbi grauatur. ¶ Pro vocali.o.notet hanc dictionem fictam. Ortodoclin:cuius sensus est ¶ In cremento singulari nominum penultima est acuenda,cuius vocalis est.o,ante cõsonãtes in hac dictione. Ortodoclin,positas:vt coloris, sacerdotis, custodis, sermonis, velocis Est tamẽ grauãda in. Arboris, Marmoris, Memoris. Et in Gręcis,in or,finitis,vt. Hector hectoris,Nestor Nestoris,Rhetor Rhetoris,& in terminatis in. us,vt. Tempus,temporis,tripus, tripodis,&c. Idem impotis compotis , pręcocis. Cappadocis,dęmonis,canónis, syndonis, Theutonis,Vasconis,Aragonis, Sardonis. Et alia,quę à nominibus finitis in.on,vel,in.o,gẽtem,vel populum significantibus veniunt vel à proprijs hominum dissyllabis.His duobus, demptis Simonis& Salomonis,quę sola penultimam acuunt,alijs grauantibus illam, cũ illis, quorum vocalis penultimę est.o.ante consonantes non positas in. Ortodoclin ,vt inopis. Æthiopis. ¶ Pro.u.vocali ,notanda proponitur hæc dictio. Vdad,cuius est sensus. Incremẽto singulari nominum penultima est acuenda cuius vocalis est.u . ante consonantes in. vdat positas : vt. Salutis , virtutis , incudis . Grauatur tamen in pècudis,intercutis. Et ante consonantes omnes non positas inhac dictione.

tione. V dad:vt,consulis muris coniugis,saturi:præterquam in telluris,& Pollucis,vbi acuitur. Et quoniam in exemplum proposuimus tātūmodò genitiuum, volumus tamē per ipsum quēcumq; aliū casum significatum, in quo crementum adest singulare,vt loco istius genitiui sermonis,subintelligatur etiam sermoni:sermonem.e.es.vm. ¶ Notandum etiam casus irregulares sequi proportionem regularium,in quibus irregularibus si quid opus est fingere, fingi potest regularium similitudine.

¶ De cremento verborum.

TAm verò decremento verborum occurrit differendum,quod rudis esse cognoscet in omnibus verbi personis, quæ in syllabarum numero excedunt secundam personā singularis numeri præsentis temporis indicatiui modi actiuæ vocis regularis,ac veræ [si adest] aut fingendæ [si non adest vera] vt amamus,amatis,amabamus,amaueramus: &,aliæ qua'escumq; personæ totius condeclinii huius verbi amo,quæ superant hanc personam amas , incrementum habent & quæ talem superant vna syllaba vnum habent incrementum,quæ duabus superant , duo habent incrementa, & tria

quæ

quę tribus ſuperant talem. Ex quibus poſtre-
mum ſufficit, quod ſemper inpenultima manet
quamſolam in accẽtu conſideratam, oportet.
¶ Vbi autẽ talis in cremẽto manẽs ſit acuen-
da, vbi ue grauanda perfacilè, ac breuiſſime,
oſtendetur rudimentarijs per hanc dictionem
Noſtrates, cuius ſenſus eſt.
¶ Incremento verborum penultima eſt acuẽ-
da cuius vocalis eſt in hac dictione. Noſtra-
tes, grauanda verò cuius vocalis nõ eſt in tali
dictione. Sunt ergo. a, e, &, o, longę & acuẽdę
ncremento verborum. i. verò &. u. breues, ac
grauandę: vt. Amamus, amemus, amatote, A-
nabimus, volumus. ¶ De, u, &, o, nulla peni-
tus datur exceptio. De. a. verò hęc datur vnica
Excipitur namque penultima, cuius vocalis,
eſt. a. inprimo cremento horum verborum, cir
cundo, peſſundo, & venundo: vt, circundare,
circundamus, circundatis. &c. Vbi penultima
grauanda eſt tanquam, breuis.
¶ Dixerim autem inprimo cremento. Nam ſi,
penultima, talis foret inſecundo. l. tertio cre-
mento acuenda foret, vt longa: vt circũdaba-
mus, circundederamus, &c. Quod procedit,
quia hoc verbum do, cumquo talia, verba cõ-
ponuntur, breuiat. a. inprimo tantum cremẽto,
n alijs verò producit. ¶ In. e. ſequentes dan-

tur exceptiones. Primò enim grauanda eſt penultima cuius vocalis eſt,e,habens immediatẽ poſt ſe,r,in omniplusquamperfecto indicatiui:vt amaueram,docueram,legeram,audiueram. ¶ Item,grauãda eſt inpręterito perfecto, ſubiunctiui modi,vt,amaueram,docuerim,legerim,audiuerim. Et futuro eiusdẽ modi,vt amauero,docuero,legero,audiuero, & in õni, perſona in.beris,& bere,finita,vt amaberis,amabere,deoceberis,docebere. Et inpręterito, imperfecto,& futuro indicatiui compoſitorũ cum hoc,verbo ſum:vt aderam, adero:poterã potero. Et in omni pręſenti cuiuſcumq; modi cum pręterito imperfecto ſubiunctiui verborum tantummodo tertię coniugationis,vt,legerem,legere,legeris.&c. Pręterquã inpſona in reris,vel rere, finita:vt, legereris, legerere, inquibus, terminationibus duabus eſt acuẽda. Ex.i. verò eximuntur quæ ſequũtur acuẽda:eſt enim penultima incremento verborũ, cuius vocalis penultimæ eſt,i, ſequente,u,cõſonante immediatè,vt cupiui,petiui. Item in priori cremento verborum quartæ coniugationis: vt, audimus, auditis, audirem, audire, niſi eſſet,perſona in imus,finita, pręteriti temporis,

poris,vt,venimus,tunc enim grauanda foret, tamquā breuis. Acuēda est, præterea inpriori cremento horumverborū, sum, ac.uolo, suorumq;,compositorum vt,velimus,velitis,nolimus,nolitis,nolite,velite,possimus, possitis, &c. Acuenda est etiam inquacumq; in,rimus & ritis,finita prętæriti,& futuri temporū subiunctiui modi: vt, amauerimus, amaueritis, docuerimus,docueritis,legerimus,&c. Pro. penultima verò,quæ crementum verbi est,in personis nō expręssis inter exceptiones præ fatas recurrendum est ad dictionem. Nostrates. cuius sēsus est quē suprà addimus. ¶ Quę etiam. Nostrates dictio potest deseruire cremento pluralinominum? in quo penultima, acuendaest, quæ habet aliquam vocalem ex-his,quæ sunt indictione.Nostrates, quæ sunt, a,e,o,grauanda verò,quæ vocales, intali dictione non existentes habet, quæ sunt ,i,&,u, Meminerit autem rudis, regulas de incremētis datas exceptionem,pati per generales,superiùs datas,regulas,maximè per illam de sequella vocalium,aut duarum plurium ue consonantium, aut vnius æquiualentis , duabus.

Si occurrerit dictio aliqua plurisyllaba, cuius, penultimam acuendam, vel, grauandam nec generales regulæ, nec speciales de incremẽtis datæ ostenderint, meminerit rudis ad specialissimas sequentes regulas recurrere, in qui bus ostendetur plenissimè quicquid accẽtui, deseruiens videtur superesse, maximè circa dictiones vsitationes diuinis in laudibus, ecclesiasticisq; officiis. Quum igitur nescierit rudis aut per regulam generalem, aut per incrementũ sitne penultima acuẽda, aut grauanda, cõtinuò animatuertat diligẽter, & occu latissimè sitne talis penultima prior alicuius, dictionis dissyllabæ, vt, adamo, deinde visurus quanta sit prior illa syllaba, quæ in cõposito, cũ ea dictione efficitur penultima. Quod cũ ex se sit rudibus satis difficile, non poterit in modũ reduci faciliorem, quàm si, pro huiusmodi rudibus, in cummulum quendam redigantur simplices dictiones compositioni, vt plurimũ, seruientes, quarum prior syllaba breuis est: in, alium cummulum redactis illis, quarum prior longa est & in suis compositis reperitur penul tima, vt hoc tam facilè cognito, cognoscant, penultimam grauandam, & ante penultimam, acuendã in cõpositis, quorũ simplicia primam habent longam, vt, affligo. Ex his igitur simplicibus

plicibus,quorũ prior ſyllaba eſt breuis, & in ſuis cõpoſitis aliquando reperitur penultima, ſũt Amo,cado,capio,colo ,cubo,pario,bibo, dico,.as,aquo,as, iaceo, habeo, maneo, moueo,iuuo,oleo,venio, probo, voco,volo, iacio,fero,valeo,paro, facio, gemo, grauo, teneo, ligo, lico,morior, placeo,crepo, premo, coquo,decet,plico,fateor,fremo,gero,globo iugum, iugo ,as,quadro, ſileo, ſtupeo,taceo, ſpicio,doceo,glabro,gradior, grado, gradus, fabrè,faber,modus, modò, probus, fore, gamus,genus,auus,tamen, color, dolor, doleo, fores,pedis,hedra,ſtomus, pater,logus, viri, graphus, peto,ibi, ubi,tenus, teneo, lego,is, latro,as,leuo,licio,lino,loquor, ſequor,ſono, ſonus,tono,tonus,ſecus,ago,puto, nato, potens,rapio,rogo,rego,ſecla,ſero, ſedeo, ſalio, ſoleo,nepos, tero, veho, fugio, pateo, paris, ducis à dux,metrum,emo, labor.eris, migro, patior,paueo,pedio,caleo,precor, cremo , cupio,quatio,fodio. faueo, fragus, frico, fugo, grego,queror deponẽs,ſeco,ſacro,ſacer,ſtrepo,vomo,bachor,potis, decus, gener, decor, polis,grauo, meto, mereo ſine diphthongo, noto.as,proſignifico,pereo,ſino, uoro, mico, ſedo,video,decem, dolo,as ,ſerus, molo, is, rudo,maneo,vago,vagus,aro,pudet,pudens,

clitus,frequens,noceo, nocés, calo,rigo, habeo,ſimul,nego, migro, uoueo, ſapio, ſuper, phanos, vagor, duco, as, rubeo, enim, vireo, cauo,caueo,timeo,memor, piger,cano,foro, nouo,nubus,nuba,tremo,philos, minus , criſus,palam,gelo,ago,lacer,vtiaduerbium ,theſis,fides,glutio,vtrum,vter,vtra, glomus,nepos,tego,neus,flagro, frago,quidem ,lucror, putà,futio,puteo,minor,aris,fidus. Vbi igitur ſuperiorum ſimpliciũ ſyllaba prima eſt in ſuis compoſitis penultima, acuenda eſt antepenultima in ipſis compoſitis, grauata penultima tã quam breui:vt,adamo,incolo, recubo , imbibo,prædico,as.incido,accipis,aperis, adaquo adiaces,prohibes,admones,promoues,adiuuo,redoles,aduenis,reprobo,reprobus , prouoco,vniuocus,cõuolo,proiicis,affero, æquiuales,comparo,afficis,ingemo,aggrauo , contines,alligo,colloco,commori,diſplices, concrepo,commoror,reprimo, replico,confidus, conglobo,digero,cõiugo,biiugus,excoquo, infremo,conquadro,aſpicis, cõtices,edoces, congredi, degrado , retrogradus , deglabro, obſtupes,affabrè,amodo,admodum multimodus,affore,afforem,bigamus,multigenus, bri genes,attinens proauus, diſcolor , condoles, bifores,quadrupes,cathedra,Chryſoſtomus,
compater,

compater,prologus,ſarcophagus. coſmogra
phus,appeto,alibi, alicubi, veluti, hactenus
cõtines,intelligo, religo.as.delatro, ſubleuo,
elius,alloquor,inſequor,dellino,reſono,diſſo
nus,intonus,intrinſecus,redigo, imputo, im-
potens,reducis ab hoc nomine redux, corri-
pis,corrigis,interrogo,aſſecla,inſero,inſides,
reſidis,aſſoles,abnepos,contero,reueho, au-
fugis,profugus, profugat, bifidus, perfidus,
comparis,diſparis,,effodis,redimo,pentame-
trum,comedo,tranſmigro,collabo, compati,
expaues,expedis,concales,deprecor, concre
mo,concupis,diſcutis,refoues,naufragus,cõ
frico,congrego,conqueror,reſeco,conſecro,
euomo,conſocer,debachor,compotis,dede-
cus,indecor,conſtrepo,impotis,Neapolis,de
meto,promeres,denoto,diſperis,deſino, de-
uoro,promico,inuides,conſides, vndecim,ef
ferus,commolo, erudis,remanes,diuago,per
uagor,diuagus, exaro,excito, diſpudet, im-
pudens.infrequens,innocens,intercalo, con-
cauum,intumes,immemor,impiger, impigrè,
concino,perforo, renouo, innubus, innuba,
pronubus,ꝑnuba,cõtremo,cominus, infimus
Hypocriſis, Theophilus, adimo, ſiquidem,
contego,ſpitheſis,vtputà,ſemilacer, ſemiho-

mo,effutis,cõflagro,Stephanus,ſubdolus,ſuc cubus,diſsipo,transfero,congelo,deglutis, e nutis,alteruter,reciproco,ſeminecis, propalo ſemiſenex,tranſigo,propalam,ſolifuga, præca ues,inquino,inuicem,inſolens,inclitus, incito,impetro,execror,dirimo,deſuper,denigro diuido ,quadrupedis ,expedis,bipara, & cætera huiusmodi compoſita,& quæcumq; alia, quorũ penultima eſt prior in ſuis ſimplicibus prior eſt talem habentibus breuem. Ex ſimplicibus autem priorem habentibus longam , & nonunquam in penultima ſuorum compoſitorum repertam ſunt,cædo,clamo,clino,quæro, dico.is.lego. is.hamo,æquo,credo,cliuus , iuro,miror,repo,æuum,pareo, fligo,figo , finis. finio,goge,labor.eris, lædo,fido,libro , libra, futo,nitor,ſputo,ſopio,trado,viuo,lætor,prætor,vro,halo.as.porio,theca,ſcribo,ſpero,ſuco,mitto,ſumo,Dæmon,claudo,ſæpio, nomẽ hæres,muto,mater, frater ,pilo,plano , placo, ploro,plures,clauis,clauo.as.curo, duro , durus,dono.fido,niueo,loco,ſolor, tabeo,rado, rodo,trudo,libo,limo,liro,cœpi,nubo,prodo rideo,ſolo,ſpero,lato,mano,crimẽ,fumo ,modo,vado,velo , cæco , cudo,gnauus , gnarus, gnoro,prudens , clemens,purus,fuco . ſpico, ſuetus,colon,foco,nudo , pallor,promo , pubes,

bes,ſpumo,ſudo,vito,fama,plaudo,ſtillo,fræno,frænum,ruga,vileo, clarus,ſufflo, ſuggo, imo,limus,cæra,dago,felix,pæna,ſtigo,roro, liquo.as.remus,ſagus,cinis, fæco,ſenus, gubo,tædet,cudo,fanum,viſo,fragor, Phœbus, ſæpe,frige,quoq;,quamq;,ſuadeo,ſagio, demum,demo,ſtipo,ſanio, varco,doron. Quoties igitur talium ſimplicium prima ſyllaba eſt in ſuis compoſitis penultima, acuetur tãquam longa in compoſitis talis penultima: vt, occido,reclino,inclino, exquiro, prædico.is,allego.as.adhamo.as.adæquo, accredo, acclius, coniuro,admiror,exoro, adhæres, imprimis, ſubrepo,aduno,coæuus,appares,affligo, infigo,affinis,perfinis,ſynagoga,pedagogus,præterlabor, collido,alludo,confido,ſelibra, delibro,confuto,innitor,conſputo,collætor, conuiuo,proprætor,comburo,exhalo,anhelo, impono,apotheca,reſcribo,aſpiro, exſicco, immitto,conſumo,cacodæmõ, includo, pronomen,immuto,cõmater,confrater,expilo pro deprædor,explano,complaco, conſepis, exploro,complures,conclaue, conclauo, accuro,perduro,perdurus,condono, diffido, conniues,cõnſolor,deſolor,deſolo,contabes, errãdo,corrodo,cotrudo,delibo, elino,illimis, ſublimis,ſublimo,deliro,delirus,deprodo,derides,

rides,derides,despero,dilato, emano,discrimen,perfumo,enodo,inuado,reuelo,obcęco excudo,ignauus,ignarus.ignoro,imprudens, inclemens,impurus,assuetus, monocolon,suffoco,denudo,propalor,depromo impubis:dispumo:insudo:euito:diffamo:infamis:complodo:excludo:distillo:refræno:effręnis : erugo, præclarus,insufflo,quinimo,syncærus , incæro,indago,infelix,impunis,instigo,irroro,pręsagus,triremis,conciuis,defæco,bissenus, deglubo, pertædet , profano ,inuiso , suffragor, refragor,ephebus,persæpe,immitis,insuauis, insanus,insanis,refuges,vsq;quaq;,nequaquã deprædor,prædiues, deprauo , immanis , implumis,infuco,inspico,irrito, obscus,obonor oppedo,elico,obrigis,obturo,obuaro, declaro,extrico,deriuo,reflores,euiles, ergo ; sanguisuga, tundemum, Theodorus , & alia his similia composita . Similiter & quæcumq; alia, inquibus penultima existens prima in suis simplicibus est longa.Cum autem vnius simplicis sint aliquando multa composita , & vnum tantùm viderint rudes à nobis explicatum : intelligant oportet per vnicum tale alia quæcumq;.

¶ Animaduertendum est etiam diligentissimè circa nonnulla composita , quæ cum diuer

ſis poſſunt verbis componi: vt, occido, excido, incido, recido, & cætera ſimilia, quæ cum cado, & cædo poſſunt componi. Si enim cum cædo componātur penultimam talem habent acutam tamquam productam, cum cædo prio rem producat: quod & circa pleraq; alia com poſita eſt valde conſiderandam. Quòd autem in compoſitis quibuſdam non in exemplum adduxerimus primam verbi poſitionem dicendo remoues, non remoueo, hoc ideo quoniam prima ſimplicis ſyllaba non eſt aliquando penultima in prima poſitione ſui cō poſiti, ſed benè in aliqua ex alijs ſuis perſonis, ſeu poſitionibus, vt patet in exemplo præfato remoueo, remoues compoſito cum moueo, ſed benè in remoues, remouent. Iam verò oſtenſuri nondum tactis in dictionibus aliis quæ penultima acuenda ſit, & quæ grauanda per illas ſpecialiſsimas regulas [quaſdc mediis vocant] regulas. vt breuius, faciliuſq; rudes erudiamus, pro re tali oſtendenda iuxta numerum quinq; vocalium quinq; dictiones excogitauimus, & effinximus videlicet.

Pro

Pro	a. e. i. o. u.	hāc dictionē	ganuo nedicuultum quiui notus sucdomigauerūt

QVarum dictionum, iuxta propositam materiam, talis est sensus: in plurisyllabis dictionibus illa penultima est acuenda, cuius vocalis est.a. ante consonantes in hac dictione. Ganuo. positas: & illa cuius vocalis est,e. ante consonantes in hac dictione. Nedicuultum. positas. Illa etiam, cuius vocalis est.c. ante consonantes in. Quiui. positas. Illa quoq;, cuius vocalis est.o. ante consonantes in hac dictione. Notus positas. Et illa deniq;, cuius vocalis est u. ante consonātes in hac dictione. Sucdomigauerunt. positas. Grauanda est tamen illa penultima: cuius vocalis est ante consonantes in sua dictione non positas: idem de aliis suo modo dicendum. Vt autem rudis facilius adinueniat quæ à iam datis dictionibus fictis eximũtur, ideo singulas quasq; consonantes ordine alphabetico percurremus, sua vnicuiq; [si non nulla fuerint] subnectendo eximēda, quæ maximè in culto ecclesiastico sunt vsitatiora.

¶A.

¶A. igitur ante.b.habēs penultima grauatur vt,syllaba eòquod.b. non ponitur in. Ganuo. Hanc tamen acuit,ventilabrum , candelabrũ, volutabrum,velabrum, dolabrum,Barrabbas duplici.b.

¶A.ante.c.habens penultima grauatur:vt.alacer.Hanc tamen acuit pastinaca, portulaca, cloaca,& adiectiua in. acus .finita: ut, opacus. a.um.demptis quæ.ti,vel aliquamvocalem habēt ante.a.in quibus grauatur:vt. Ægiptiacus

¶A,ante.d.habens penultima grauatur:vt,eadem nominatiui,& accusatiui casus. Hanc tamen acuit eadem ablatiui casus,& cicàda:& ex Barbaris propria in.adus.finita.

¶A.ante.g.habens penultima acuitur:vt,imago.Hanc tamen grauat,onager,naufragus,asparagus,pelagus , & alia secundæ declinationis. Attagen,podagra,autem,& chiragra eam possunt vel acuere,vel grauare.

¶A.ante.l.habens penultima grauatur:vt.Italus.Hanc tamen acuit Sardanapalus ,canalis, aqualis,sodalis,& quæcumq; in .alis.denominatiua:vt,vocalis.

¶A.ante.m. habens penultima grauatur : vt, calamus . Hanc tamen acuunt in.amen. finita: vt,certamen,& Hebræa ad declinationem Latinam per additionem syllabæ traducta:vt,Adamus

damus ex Adam, Abrahamus ex Abrahan, & timiama, dictamus.

¶ A. ante, n, habens penultima acuitur: vt, inanis. Hanc tamen grauat. Libanus, clibanus, raphanus, &c. cum. phanos, græco composita.

¶ A. ante. p, habens penultima, grauatnr, vt, àlapa. Hanc tamen, acuit sinapis. Priapus. Serapis.

¶ A. ante. q. habens penultima grauatur: vt, vtraq; nominatiui casus, & accusatiui. Hanc tamen acuit vtraq; ablatiui casus, vsq; quaq;, nequaquam, & similia aduerbia.

¶ A. ante. r. habens penultima grauatur: vt, cithara. Hanc tamen acuit altare, cochleare, tiara. pugillares, amaror, amarus, pugillaris, amaror, amarus, auarus, amares, amaret, amarēt, amarent ab hoc verbo amareo: & de nominatiuo inaris, & . are finita: vt, militaris, & militare.

¶ A. ante. s. habens penultima grauatur: vt, petaso: hanc tamen acuit agaso, omasum, Parnasus, occasus, propria verò eam acuere possunt, vel grauare: vt Damasus.

¶ A. ante. t. b. penultima grauatur: vt barathrū hanc tamen acuit cicatris, Pilatum, Pilatus, grabatum, oprimates, primates, pirata, & omnia deriuata finita in atus, ata, atum, & in ator

manicatus,manicata,manicatum:loricatus,loricata,loricatum ſenator.&c. Et multa alia ratione ſui primitiui, vt, aratrum,amator, amatrix,amatus,amata amatum, & aduerbia in.atim:vt,turmatim [præter affatim quod poteſt eam & acuere & grauare] Acuunt etiam talem penultimam terminata in ates, vt Achates:præter quæ talem grauant compoſita cum cratos,ſtratos,bates:vt Socrates.&c.

¶A.ante.n.conſonantem, habens penultimã acuitur:vt, cadauer hãc tamen grauant multa ratione ſui ſimplicis:de quibus viſum eſt ſuprà hic enim de ſimplicibus ſolum tractare eſt animus:aut etiam compoſitis,quorum penultima non eſt prima in ſuis ſimplicibus.

E ante.B.

¶E ante.b. habens penultima grauatur : vt cerebrum,tenebræ,Erebus muliebris.

¶E.ante.c.habens penultima acuitur: vt imbecillus.a.ũ.hanc tamen grauat Seneca, execror.

¶E.

¶E.an.d.habens peuultima acuitur: vt, albedo comedes, hanc tamen grauant Macedo cathedra, vnedo & finita, in don. Propria autem eá possunt & grauare, & acuere: vt Gofredus

¶E, an. g. habens penultima grauatur: vt, elegia. æ. Telegonus. i. hanc tamen acuit collega & [secundum quosdam] tristega, sed rectiùs eam grauat.

¶E. ante. l. habens penultima acuitur: vt candela hanc tamen grauat sepelis á sepelio Angelus obolus, Abimelech & composita cum, toles: vt Aristoteles.

¶E. ante. m. habens penultima acuitur: vt, eremus hanc tamen grauat vehemens, anathema erotema tutemet.

¶E. ante. n. habens penultima acuitur: vt, cathena, hanc tamen grauat iuuenis. Helena, degener & in mene, ác menes finita.

¶E. an. p. habens penultima grauatur: vt, elephas hanc tamen acuit præsepe, Iosephus.

¶E. ante. r. habẽs penultima granatur: vt, vterus hanc tamẽ acuit austerus. a. ũ. seuerus, Homerus, I berus, Galerus, poderis, cratera, statera, panthera, sincærus, procerus, asseuero, perseuero, abdera.

¶E. ante. s. habens penultima grauatur: vt, hæresis Ephesus hanc tamẽ acuit poesis, diœcesis

phrenesis,

hrenesis, mathesis, pleurisis, syntheresis. amesus.

¶E.ante,t,habens penultima, acuitur: vt facètus,hanc tamen grauat,meretrix, obstetrix, feretrum,penetro,vegeto,vegetus. Venetus, pharetra,impetus, impeto, & denominatiua, in etas,finita:vt, pietas.

¶E,ante,u, consonantem habens penultima acuitur:vt,parasceue,longeuus.

¶I.ante B.

¶I.āte b.habēs penultima grauatur:vt, alibi.

¶I.ante.c.habens penultima grauatur:vt,medicus,vnicus,hanc tamē acuit,amicus.a.ū.mēdicus,mendico,as, vmbilicus, apricus, pudicus,ceruical,tibicen,anticus,posticus,formica,lorica,lectica,myrica,rubrica,nasica, vesica, vrtica, veronica, radico, nutrico, pedico, extrico,fulica,despicor, inspicor, & propria, nomina in.icus.finita à barbaris deducta : vt, Theodoricus,Fredericus.Ludouicus. A Grecis autē & Latinis deducta eam grauāt,vt.Dominicus,Rusticus.

¶I.ante. d.habēs penultima, grauatur,vt,feruidus ,trepido,hanc tamen acuit,formido,as, formido ,dinis,fastidis,dit, & nomina,in,do

finita:vt,cupido,libido.Et maſculina,in, ides, deriuata àterminatis in,eus,vt. Promethides, & infidus,non autem pèrfidus.

¶I.ante.g.habens, penultima grauatur,vt, nauigor,hanc tamen acuit vectiga , auriga , quadriga,fatigo,as,veſtigo, caſtigo, caligo,as, & nomina in igo finita, & in.ga.prętet caliga.

¶I.ante.l.habẽs penultima grauatur:vt,ſimilis,hanc tamen acuit aſylum, Cocodrilus.i.& ſubſtantiua nomina in, ile, finita: vt,ſedile,cubile,& adiectiua in.ilis finita à nominibus deriuata:vt,ſenilis,virilis,[prèterquã parilis humilis,dapſilis,peſtilens,nubilis , quæ ex nominibus deducta grauant penultimam, cum omnibus in atilis finitis & in.l. Tilis, ſilis, ilis,a-verbis ,vel participijs deriuatis, vt aquatilis, tertilis,fertilis,nexilis] acuunt autem & penultimam quæſequuntur. ſubtilis, aprilis,ſextilis,herilis,edilis,primipilus,compilo,expilo

¶I.ante.m.habẽs penultima grauatur:vt,optimus:hanc tamen acuunt ſublimus, opimus, diſcrimen,quadrimus,& finita in imen à verbis quartę:vt,farcimẽ,munimẽ,& finita in inis apprimè,politimus.

¶I.ante.n.habens,penultima grauatur:vt,dominus:hanc tamen àcuit architriclinus, caminus, catinum, cyminum, cuminum, echinus, feſtinus,

festinus,festino,inquilinus,morticinum, opi-
ner,omnino,opinus.a.ũ,ꝓpino,popino, pului
nar, puluinus ,sagino, salinum , supinus, su-
pinum,lupinus.Et finita,in ina,& in inę:vt,ra-
pina .næ [ptæterquam fæmina , eleemosyna,
lamina , machina, patina, fiscina, triscina,bric
cina ; sarcina , pagina,sarcino ,trutino , truti-
na, Proserpina Euphrosyna. Et õnia quæ à mas
culinis grauantibus eam deriuantur . vt, do-
mina,asina.Item acuunt eam propria nom ina,
ferè omnia in .inus : vt, Maturinus Martinus,
& deriuatiua in.inus:vt,ouinus ,caprinus,pro-
cinus,præterquam crastinus ,diutinus, seroti-
nus,pristinus,perendinus . Et quæ deriuantur
a nominibus materiarum,lapillorum, gẽmarũ,
vnguentorum,& colorum: vt, cedrinus, ada-
mantinus,Cristallinus,hiacintinus, amigdali-
nus,bombicinus,carbasinus,bissinus,crocinus
smaragdinus, onichinus, & cætera, id genus,
quorum penultima contra abusum grauanda
est.

¶ I.ãte.p.habens penultima grauatur:vt. De-
mipho.onis. Antipho.onis. hanc tamen acuit
manipulus.

¶ I.ãte.q.habẽspenultima acuitur:vt, ãtiquus
.u.vbiq;:hanc tamẽ grauat aliquis.reliquus.
.ũ.vtiq;,vndiq,, deniq;,siliqua.u.

¶I.ante.r.habens penultima,grauatur:zephyrus,i,hanc tamen acuit,papyrus. Saphirus, archimagirus,delirus,deliro.

¶I.ante.s. habens penultima grauatur hanc, tamen acuit,gauisus,diuisus,paradisus,prouisus.Anchises.

¶I.ante.t.habens penultima grauatur.vt,dignitas,bonitas,&c.hanc tamen acuit,aconitum Coritus , parasitus, hermafroditus. Agapitus, vel potius Agapetus , idolothytum, inuitus, corbite,irritus,& irrito,ꝑ prouoco , non autē, pro vacuum,facio,ex cito,acio,non aceio,inuite,inuito,paraclitus,etiam sicum.i.scribatur pro in fami,nam pro spiritu sancto,cum e.scribendum est,etiam penultima acuta.Dormito & alia frequentatiua àverbis quartæ deriuata, & ōnia , Græca in ites,&in ita,& in,itis.finita, vt,leuites,leuita.Moabitis.Sunamitis,eremita,anachorita,vel,anachoreta,margarita,achorita.Et nomina,in itus finita à nominibus deriuata:vt,maritus,auritus ,præter seruitus,& nomina lapidum in ites ,finita vt, pyrites, & adverbia in itum finita,vt,viritim . Et participia àverbis de ponentibus deriuatam:vt.oblitus, [præter intuitus.]

¶I.ante,u. consonantem habens penultima, acuitur:vt,saliua.hanc tamen grauat. Niniue.

¶O

¶O.ante.B.

¶O.ante.b.habens penultima, grauatur: vt, orobus.i.hanc tamen acuit october. Iacobus, robus,canobus.

¶O.āte.c.habēs penultima,grauarur:vt Antiochus,hanc,tamen acuit, ſuffoco,& perfoco à faux, & propria in ocus, à Barbaris,vt. Iodocus.

¶O.āte.d,habēs penultima , grauatur:vt me thodus,hāc tamē acuit. Herodes, eodē,custo dit,custodis,& Græca in odes , & cōpoſita cū ode,præter exodus,& mèthodus, quæ etiam propriè nō ſunt cum.ode compoſita.

¶O.ante.g. habens penultima, grauatur: vt, theologus,hanc tamen acuit,pedagogus, ſynagogus,iſagoga,paragoga.

¶O.ante l. habens penultima, grauatur: vt, filiolus, hanc tamen,acuit. idolum,præſtolor, conſolor,& compoſita cum polo:vt, pharmacopola.

¶O.ante.m.habens penultima, grauatur :vt, Sòlomon,hanc tamē acuunt quæ neutra ſunt, vt ,aròma , cinnamomum ,præter epitomo. & Sodoma.

¶O.ante.n.habens penultima,acuitur:vt,corona,hanc tamen grauat, coctonum, & compoſita cū gony ,vt, Chryſogonus, compoſita

 autem

autem cum phone acuunt:vt, antiphona.

¶O.ante.p.habens penultima grauatur:hanc tamẽ acuit Europa. Hiſſopus, pyropos,conopus,antropos.

¶O.ante.q.habens penultima grauatur hanc tamen acuit,vtroq́;,alioqui,quandoq;.

¶O.ante.r.habens penultima grauatur:vt,Pythagoras:hanc tamen acuit aurora. Sycomorus,decorus,decoro,& deriuata in.orus.vt, ſonorus,& compoſita cum doron .vt, Sydoros, Theodorus.

¶O.ante.s.habẽs penultima acuit:vt, hircoſus,doloſus.

¶O.ãte.t.habẽs penultima acuitur: vt,ægrotus:hanc tamen grauat antidotum, & cætera cum dotos,& ſtrotos,compoſita.

¶V.ante.B.

¶V.ante .b. habens penultima grauatur: vt, coluber.hanc tamen acuit ſaluber,ſalubris, lũgubris,delubrum.

¶V.ãte.c.habẽs penultima acuitur: vt,eunuchus:hãc tamẽ grauat volucer.volucris, educo.as.non educo,educis.

¶V.ante.d.habens penultima acuitur:vt,teſtudo:hanc tamen grauat èrudis,èrudit.

¶V.ãte.g.habẽs penultima acuitur:vt,falſugo

hanc

hãc tamẽ grauat,coniugo.as.biiugus,&similia
¶V.ante.l.habẽs penultima grauatur:vt,emu lus,cuculus,hanc tamen acuit,adulor.aris.tor cular,& d̃riuata in vlis finita:vt,tribulis curulis
¶V.ante.m.habens penultima acuitur:vt,ca- cumen:hanc tamen grauat columen,cõtumax, autumo.as. incolumis. posthumus, cucumis.
¶V.ãte.n.habẽs penultima acuitur:vt,fortũa.
¶V.ante.r.habens penultima acuitur:vt,vsu- ra:hanc tamen grauat purpura,saturo,lemures Et desideratiua verba,ac eorum similia ab vl- timo supino addita.rio.formata:vt,esuris, esu rit,ab esurio: & parturis, parturit, à parturio, [demptis tamen scaturis, scaturit, ligurris, et ligurit penultima acuta].
¶V.ante.t.habens penultima acuitur: vt,cicu ta:hanc tamen grauat arbutus.
¶Notandum autem,ob regulas generales,& speciales de incrementis datas, eximi multa ab his specialissimis regulis de medijs datis, inquibus maximè sunt consideranda compo- sita & deriuata,acdiphthonganda,& quæ pre- sertim tacite geminant aliquam consonantem Et quia intoto ferè huius tractatuli progressu dictum est sèpe penultimã acuendã atq; ratio- nem seu causam euestigio subiũxerimus: dici mus nũc intelligẽdũ esse,ido acuẽdãquia lõgã

¶Cum verò diximus,penultimam grauandã, ſub intelligendum voluimus,ideo grauandã, quia breuem. ¶Et denique quoties diximus talem penultimam grauandam, ſubintelligebamus ante penultimam acuendam, cũ enim oporteat alterutram,illarum acui,vbi ergo penultima grauatur, acuenda eſt ante penultima vbi vero penultima acuitur, grauanda eſt ante penultima.

¶De irregulari accentu ſeu,exceptionibus ipſius regularis accentus.

CORrumpuntur interdum nõnullis ex cauſis ſuperiores regulę de regulari accẽtu datę.Et primò interrogationis cauſa. Oĩs enĩ, dictio in fine alicuius orationis interrogatiuę poſita acuenda ,eſt in poſtrema ſyllaba: vt quẽ dicunt homines eſſe filium hominis? ¶Secundò corrumpuntur virtutis encliticę , hoc eſt, attractiuę dictionis cauſa, cuius virtus ideo, attractiua dicitur,quòd attrahat accentum ad poſtremam vſque præcedentis dictionis ſyllabam: vt ,cœlum terramq; . Et ſunt huiuſmodi dictiones attractiuæ,q; coniunctio,ne,aduerbium interrogatiuũ,ve,coniunctio,ꝓ vel,cũ,

prępoſi-

prępoſitio ,his ablatiuis:nobis, vobis, & qui-
bus poſtpoſita perdunt vim huiuſmodi atracti
uā,quando vnicam efficiunt dictionem com-
poſitam cum ſibi præpoſita dictione, ideo in
deniq;, vndiq;,vtiq;, & cęteris conſimilibus
non corrumpitur regularis accentus.
¶ Sūt qui compoſita quædam irregulari pro
ferāt accētu,vt,aliquando,de inde,de inceps,
deorſum , de longe,huc uſq; , duntaxat quini
mo ,nimirum, enimvero,qua propter, quam,
obrem,& alia plæraque hic ſimilia. Cōpoſita,
inquibus àregulari diſcendentes accentu ulla
abſq; neceſſitate verum corrumpunt accētū,
acuentes in talibus ante penultimam exiſtēte
penultima poſitione apertiſſimè longa. Cōtra
quos,& rectè quidem,clamitat. Nemeſius in
accentu præcipuus, dicens in talibus penulti-
mam rectius acuendam tanq̄; veriſſimè lōgā.
¶ In nonnullis dictionibus,accuratè conſide-
randum eſt quid ſignificent,vel vnde deriuē-
tur,quarum penultima pro vno ſignificato &
ratione vnius,primitiui acuenda eſt,grauanda
autem ratione alterius ſignificationis vel pri-
mitiui:vt,conditus.àcondio,dis:penultima a-
cuta,àcondo.dis: grauanda. Pendere.ſtridere,
videre:àverbis ſecundę. Pendeo:ſtrideo:& vi
deo,penultimam acuunt. A verbis autem tertię
pendo

pendo.is.ſtrido.dis.vẽdo.dis, eam grauant & ita de alis conſimilibus prope innumeris.tenere à teneo tenes. infininitiui modi penultimã acuit,quam tamen grauat cum aduerbium eſt, vel nomen veniens à tener.a.ũ.Inuenit pręſentis temporis penultimam grauat,quam tamen acuit,cum eſt præteriti temporis,idem de alijs multis. Quare ad rectè accentandum, valde animaduertandum eſt diuerſam deriuationẽ aut compoſitionem,ratione quorum in aliquibus diuerſificatur accentus,dequo dicta ſufficiant.

¶ Sexta pars huius tractatus de ornatu linguę Latinę annotatiuncula pręuia.

Tractare de ornatu volentes, ſcire imprimis oportet rudes,ornatum nõ aliud eſſe, quam orationem ornatam, ſicut congruitas nil aliud eſt quam oratio congrua. Oratio autem ornata eſt oratio congrua cum venuſtate aliqua,quæ venuſtas eſt pulchra diſpoſitio q̃dam ſuper his,quæſunt congruitatis.
Quoniam enim aliquando contingit cõgruitatem eſſe quodã modo ruſticam, ac ineptam, ideo aſſit ornatus ſimul cũ cõgruitate neceſſe eſt. ¶ Ipſe namque ornatus ad tollendam cõ-

grui-

gruitatis rusticitatem maximè extitit adinuẽ-
tus. Rusticitatem enim quandam, habet huius-
modi oratio congrua Habeo necessitatem de
tuo consilio, qualem sic posset rudis dispone-
re, qui secundùm vulgare solet vocabula dis-
ponere in oratione tantum congrua, si nihil
[præter quæ congruitatis sunt] didicerit. Talẽ
autem tollet rusticitatem, cum orationis or-
nande etiam didicerit ornatum. Ipse namque
ornatu duce præfatam sententiã sic exprimet.
Tuo opus est mihi consilio, vel, opus est mihi
te consulto. vel consilium tuũ mihi est neces-
sarium. vel alijs pluribus modis venustioribus
Quoniam igitur ornatus, suum quibusq; dic
tionibus locum ostendit aptiorem, de ipso dã
tur sequentes regulę.

¶Regula.

ORnata est illa oratio in qua verbum in ip-
sius orationis fine ponitur: q; quidẽ orõ
obliq̃ dicitur, eo quòd obliqui primũ sibi locũ
vendicent rectis post habitis. Quæ in constru
ctionæ posteriora, sunt situ priora, quæ vero
priora constructione, posteriora in oratione
collocent, veluti hac in oratione. Virtus

cõmendat

commendat ſuos . cultores magnis prèconiis, ſic elegantiùs. Magnis prçconijs: ſuos cultores virtus commendat. Siq́; cum verbo aſſunt ſuppoſitum & appoſitum, ornatè prçcedit appoſitum, verbum denique in fine. Et ſi præter hec tria aſſit & aliud ornatè cunctis præponitur illud, vt. Singulari amore Chriſtum virgo Maria dilexit.&c.

¶ Regula.

¶ Et quia rudes vti habent varietate non ſemper verbum locent in fine, cum & alia ſint quę etiam ornatè finem appetant, vt negatiuæ, vel, vniuerſales affirmatiuæ dictiones: vt, nemo, nullus, nequaq̃;, minimè, nũq̃, nuſq̃, nullatenus &, ſimiles, vt. Qui Chriſtũ feruẽtius amauerit virgine Maria, fuit nemo. Quod mihi iuſſeris, faciam minime. Iſtam animi tui pietatem, admirantur omnes. ¶ Idem dicendum de includentibus negationem tacitam: vt, ignoro, dubito, ambigo, neſcio, neſcius, inſcius, & ſimilibus: vt. Quoties verberibus, affectus fuerim, penitus ignoro. ¶ Adiectiua etiã quandã importantia excellentiam, vel generalitatem, nõ ineptè locãtur in fine. Huiuſmodi autem ſunt, præclarus, egregius, eximius, nobilis, inſignis, illuſ-

illustris,præstās,excellens,ingeminus &c. vt Christi mater virgo fuit castissima. Miles, Dauid fuit egregius. &c. Idem, de aduerbijs, qualitatem denotantibus pręcipuè, vt. Virgo Maria omnia peregit sapientissimè,diligentissimè,vigilantissimè,exactissimè,accuratissimè quæ etiam positiuè poni possunt. Et vt talia adiectiua simul & aduerbia magis ornentur, præponendum est illis, idque, vel, & quidem, vt. Virgo fuit Catherina,idq;, vel,eaque, vel et, quidem prudentissima. Agam quicquid præceperis,idque libentissimè.

¶Regula.

¶Inter adiectiuum & substantiuum, ornatè aliquid ponitur medium,& maximè[àqua reguntur]præpositio,vt.Deus sua ex misericordia,nostra præter merita,factus est homo.

¶Præpositio etiam suo cum casuali ornatè, adiectiuo interponitur & substātiuo, vt. Quā magnus in homines amor Christi debuit esse,

¶Ponitur & ornatè inter adiectiuum & substantiuum casus ab altero eorum rectus,vt.Sūma virginis humilitas, cæteris plus virtutibus deo placuit.

¶Non minus ornatè inter adiectiuū & substātiuū.

tantiuum ponitur casus à quo ipsa reguntur: vt. Virgo Maria õnibus plena virtutibus fuit. O quantis dignus laudibus est deus. Et nõ solũ aliquid ex prætactis ornatè inter adiectiuum & substantiuum manet medium, sed & quicquid sit aliud, si tamẽ asperitas nulla videatur. Et non solum dictio vnica his ornatè inter seritur, imo & duæ nec non & plures: vt. O quanta erga nos vsus est Deus misericordia.

¶ Regula.

¶ Ornatè dictioni regenti præponitnr dictio recta: & maximè si genitiui casus est: vt, Christianorum lex sola censenda est bona. Maurorum autem & Turcarum secta, omnino mala. ¶ Potest autem & ornatè aliquid inter ipsa poni: vt, Christi secutus vestigia, mercede dignus est multa.

¶ Regula.

¶ Ornatius per gerundia adiuectiũa loquimur q̃; per substantiua vt. Audiendę lectionis causa huc me contuli, potius q̃; audiendi lectionem causa. Huiusmodi autẽ ornatus fit maxime vbi gerundium substantiuum habet ac-

accusati-

cuſatiuum poſt ſe, qui accuſatiuus in caſum gerundij mutandus eſt,ſi alterius ſit caſus. Ge rundium autem illud vt fiat adiectiuum, ſeq̃tur genus & numerum dictionis rectę à gerũdio ſubſtantiuo, quæ efficitur ſubſtantiuum gerundij adiectiui: vt,In exercendis auditis, doctior efficitur quiſquis, pro in exercendo audita. Ad poſſidendas Angelicas ſedes creati ſunt homines ,pro ad poſſidendum Angelicas ſedes.&c.

¶Regula.

¶Cum in oratione grammatica antecedens, præcedit in nominatiuo caſu, ſequitur autem relatiuum alicuius obliqui,ornatè tali mutato ordine poſt relatiuum in ſuo priſtino manens obliquo ,ponetur antecedens ex nominatiuo conuerſum in relatiui obliquum: vt,vbi grãmaticus dicit,Anima quam dedit nobis Deus,non eſt diabolo danda. Et vt inibi maior fiat ornatus, poterit inter relatiuũ & ſequens antecedens aliquid poni medium: vt, quam nobis dedit Deus animam , non eſt Diabolo danda. Debitum autem ſuppoſitum poſterioris verbi in cluſum, manet in obliquo ipſius antecedentis,quod multò ornatius ſubticetur quam exprimitur.

¶ Poteſt & alius fieri ornatus circa relatiuũ, quod cum præter antecedens, habet & conſequens, hoc eſt: aliquod poſt ſe ſubſtantiuum ornatiùs tali conformabitur conſequenti, maximè ſi proprium nomen fuerit, aut ſaltem aliqua fiat per ipſum denominatio: vt, video animal, quem aſinum vocant: video animal, qui aſinus eſt. Eſt opidum in Hiſpania, quam dicunt Valentiam. Poſſet autem & antecedenti conformari, maximè ſi conſequens proprium non eſſet.

¶ Regula.

¶ Ornantur non parum poſitiui, gradus adiectiua nomina, vel aduerbia per hãc dictionem. per. idem, quod valde, ſignificantem: vt, cõſilium tuum perutile fuit mihi, ac perbonum.

¶ Vnde cauendum eſt, ne ſuperlatiuo detur. per. cum ſolùm dandum ſit poſitiuo, non enim dicere licet per optimè, ſed per benè.

¶ Et non ſolùm. per. ſic ornat, ſicq; exauget poſitiua talia, ſed idem quod. per. poſſunt iſta aduerbia admodum, mirum inmodum, opidò vel opidoquã, ſanè, vel ſanequam, imprimis, perquam, & ſimilia: vt, aduentus tuus fuit mihi, perquam gratus, admodum iucundus, ac mirum inmodum proſper. Valent & huiuſmo

di

di ad ornandum exaugendumq; nonnulla verba: vt. Eloquium tuum mihi per placet, meq; admodum delectat. ¶ Aduerbia autẽ quibus ornãtur ac ex augẽtur cõparatiua, sunt, multo, lõgè, paulo, modico, aliquanto, tanto, quanto, quò, pro quanto, habent secum hoc, vel eò, ꝓ tanto: vt virgo Maria longè perfectior fuit. Ioanne Bastita, & quò altior erat, eò humilius se gerebat. ¶ Hęc autẽ aduerbia, tãtũ, quantũ, paulum, paululum, aliquantum, aliquantulum, multum, modicum, illud, idem efficiunt: verũtamen positiuum exigunt non comparatiuum, sicut superiora comparatiuum non positiuum: vt. Quantum fueris doctus, tantum humilem te exhibeto. ¶ Que autẽ aduerbia ornãt simul & exaugent superlatiua, sunt, quam, pro valde lõge & multo: vt. Virgo Maria fuit quam humilima, omniũq; lõge perfectissima Dixerim autẽ, q̃;, pro valde, addendum superlatiuo, siquidem. Per q̃, pro quantum, positiuo est addẽdum: vt. ò, q̃; humilis & perfecta fuit virgo Maria.

¶ Regula.

¶ Ornata est ad modum oratio in q̃; verbum substantiuum duos post se habet datiuos: vt. Aduentus tuus fuit mihi iucunditati: pro fuit

mihi iucuudus. Tu mihi es obstaculo: pro das mihi obstaculum.

¶ Regula.

¶ Per ornatam q; reddit orationem hoc verbũ afficio, consimilisq; significationis, ac ornatus hoc verbum prosequor, diuersis applicanda sensibus, diuersa q; ornantia loquutiones: vt. Afficio te, vel prosequor te honore. Pro te honoro. Afficio te, vel ꝓsequor te vituperio, pro vitupero te. Et consimiliter alia innumera, inquo ornatu patet necessarium esse ablatiuũ rei cuius est sententia: vt. Afficis me muneribus, qui affecerim te maleficijs. Ab eo turpi affectus sum infamia, quem laudabili affeceram fama.

¶ Regula.

¶ Per ornata est geminatio huius coniunctionis &, geminatio coniunctionis similiter huius aduerbij tum, quando duo aut plura pariter sunt attribuenda: vt. Est vir tum doctus tum ꝓbus, & plura similia [vt infra in formulis videbis]. ¶ Verba etiã modo simili efferri possunt: vt Diligo & te & illũ. Studet ille, & continue & feruide. ¶ Est & ornata geminatio aliarum quarundam dictionum, quales maxime

mè sunt.nec,neq;,nūc,modò,alias,aliquando, & similis.vt. Modo ait,modo negat. Ille nec scribit neclegit. Nunc affirmas,nūc negas,vel. Modo negas,modo affirmas.

¶Regula.

¶Quū aliquid ꝓpter duo efficitur,sed efficacius propter vnum quod minus efficax est q̃; propter alterū,ornate quod minus efficax est præponitur cum hac dictione cum, quod verò efficacius est, subsequetur cum hac dictione tum præposita:vt. Diligendus es, cum tuā ꝓpter doctrinam,tum propter quos habes bonos mores. Similiter quum aliquid generalius est exprimendum ,et post modum ad particulare aliquid descendendnm, ornate quod generalius est præcedit sibi præposita cum, sequitur autem quod particulare sibi præposita tum,vt. Cum omnibus,tum amicis, bene faciendū est domesticis. Quod si vtrūq; fuerit æq̃ efficax, aut generale,nec magis propter vnum quam propter alterum aliquid est causatum, vtrique tum est præponendum:vt: Est vir tum eruditus,tum probus. Est iuuenis tum formosus,tū ingeniosus.

¶Regula.

¶ Ornatè participium præteriti temporis accusatiui casus, vel ablatiui ponitur pro verbo infinitiui modi: vt. Opus est facto, pro facere, velim hoc factum, pro hoc facere.

¶ Regula.

¶ Quum in oratione grammatica adiectiuum substantiuo suo conformè maneat, ornatius adiectiuum illud in neurto substãtiuabitur genere singularis numeri, et cuius prius erat casus, substantiuo illius in genitiuum casum, cuius prius erat numeri mutato, vt. Multum virium: pro multas vires. Multum sapiẽtiæ, pro multam sapientiam. Quicquid virtutis, pro quãcumq; virtutem.

¶ Regula.

¶ Cum ex eadẽ significatione habetur & substantiuum et adiectiuũ, sæpe ornatior est oratio per adiectiuum: vt. Psalmi Dauidici. Eloquium Erasmicum. Ciues Burdegalences.

¶ Regula.

¶ Ornatũ habet prægrãdẽ, hæc dictio quisq; post posita adiectiuo nomini ordinali, isto qui sequitur modo: vt, Tertio quoq; anno contigit bissextus. Quarto quo verbo erras. pro eo quod

quod rusticè dicitur, de tertio in tertio anno, de quatuor in quatuor verbis. Vno quoq; verbo erras, pro singularibus verbis, seu omnibus verbis. Iūgitur & ornatè quisq;, huic dictioni quotus: proquod: vt. Quotus quisq; saluandus est? proquod sunt saluandi. Ornate præterea postponitur quisq; superlatiuo nomini: vt. Doctissimus quisq; hoc sentit. Cauēdū est autem ne postponatur positiuo: nō enim recte dicitur, doctus quisq;. Quotus etiā dictio, sola ornate q̃rit de ordine: vt. Quota est hora? Quotus est in mēsa? hoc est. An primus. an secūdus tertiusue? &c. Nec ad ipsum potest dari respōsū nisi per ordinalia nomina. Nec debet aliud interrogatiuum poni pro eo, vbi de ordine fit interrogatio. Non enim dicendū, hoc nomē cuius d̄clinationis est? sed quote declinationis Quotæ persone, cum respondendū sit per nomen ordinale, primæ scilicet, vel secnnde. &c.

¶ Quotus prætereà, ornate ponitur pro quot, numerali interrogatiuo: vt. Quotus domi manes? pro. Quot tecum manent domi?

¶ Regula.

¶ Ornatum est verbum hoc: præme fero, prętefers, significans aliquid ostendere quodam exteriori signo: vt. Doctrinam non paucā pręse

fert.Erasmi scriptura,vel.Erasmus in scribēdo Variatur autē sic tale verbū, præmefero,prete fers,præse fert, præ nobis ferimus, præ uobis fertis,præ se ferunt &c.

¶Regula.

¶Ornata quoq; est huiusmodi dictio operepræcium indeclinabilis: pro oportet, seu vtile est,vel opus est,vel necesse est, vel honestum est:vt. Operæprecium est in Dei seruitio feruidum esse.

¶Regula.

¶Non minus ornata est hec dictio ęquæ, pro ita,sequente particula ac,vel atq; pro sicut:vt, Æque proximum diligo ac me ipsum,vel atq; me ipsum. ¶Eadem prope sententia etiam ornate exprimi poterit per hanc dictionem perinde ac,pro tāq̄;: vt. Diligo proximum meum per inde ac me ipsum. Tu cantas per inde ac. Philomela. Ornate etiā hoc idem exprimi videtur per haud secns, pro non aliter, sequente ac,vel atq;pro q̄;:vt.Haud secus diligo proximum meum acme ipsum, vel atq; me ipsum.

¶Regula.

¶Ornata sunt hæc verba præsto, floreo, polleo, exupero, antecello, ad aliquid laudis explicandum,vt.Pollet. Erasmus Latinitate vel latinitatis gloria.

¶Re

¶Regula.

¶Ornate rationem habeo ponitur pro considero: vt. Priusq̃; loquaris, personæ temporis, ac loci, rationem habeto, hoc est: considera p̄sonam, tempus, ac locum. Explicat etiam conuersationem nõ minus ornate, vt Pro eo quod ineptè dici solet. Nolo cum illo habere ad faciendam, seu nolo cum illo negociare, seu cõuersare, ornate dicitur. Nolo cum illo rationẽ habere.

¶Regula.

¶Ornate huic verbo mereor mereris, addũtur hęc aduerbia bene & male, aliq̃; consimilis significationis ad significãdam alicuius beficij, vel maleficij, vtilitatis, aut danni exhibitionẽ in aliquem, qui in ablatiuo cum propositone de, ponendus est: vt. Benemerita est de nobis virgo Maria, hoc est, bene fecit nobis. Benè meritus sum de te quamq̃; tu male meritus sis de me, pro, bene feci tibi, quãuis tu mihi male feceris. Quid de te meritus sum. pro quid tibi feci. Nil de te meritus sum: pro, nil tibi feci nec bene nec male. Nec bene, nec male de te meritus sum. pro, nec bene feci tibi nec male.

¶Regula.

¶Ornatè pro recordari, ac considerare dicitur animo vel mente, vel memoria complecti

vt. Confundor quoties quot cõmiserim vitia mente complector.

¶Regula.

¶Pro volo, seu delibero, ornatè dicitur: animus mihi est quãdiu vixero seruire Deo. Est illi animus Romam proficisci.

¶Regula.

¶Pro decreui, seu deliberaui, ornatè dicitur. Certum est mihi religionem ingredi.

¶Regula.

¶Ornatè per hoc verbum confero, his accusatiuis me, te, se, nos, vos, se. Iunctum, explicamus accessum ad aliquẽ locum: similiter reditum àc ransitum qui locus in illo casu, quẽ exigunt hæc aduerbia quo, qua, vnde, est ponendus: vt. Romam me confero. Ab Italia se confert ille. ¶Potest & aliis modis cum ornatu explicari accessus: vt. Romam iter fecit: Romã iter arripuit Romã petiit, vel profectus est, vel perrexit, vel se proripuit. ¶De loco ornatè sic fit questio. Quò te confers? vel. Quò iter est tibi? Quò tenes iter? Quò te proripis? Quo petis? Quò pergis? Quo proficisceris. Idem per qua, & vnde, quorsum, & quousq; non autem vbi. ¶Ornatè etiam iter habeo dicitur, ꝓ decreui ire: vt, Romã iter habeo.

¶Regula.

¶Pro

¶ Pro maneo, aut moror, ornatum eſt hoc verbum incolo: vt. Ille incolit campum.

¶ Regula.

¶ Annos, ſeu ætatem explicamus ornatè per hoc verbum attingo, hoc modo. Ille annum attingit viceſimum. Similiter per hoc participiũ natus: vt. Natus eſt annos viginti. Sunt & quædam adiectiua, quibus idem ornatè explicamus hoc modo. Ille decēnis eſt, hoc eſt, decē annorum, duo dēnis, pro duo decim annorum Quadragenarius eſt, hoc eſt, quadraginta annorum. Quinquagenarius eſt. &c. Bimus pro duorum annorum. Trinus, trium. ¶ De annis autem, interrogamus ornatè per hoc adiectiuũ, quotēnis es? Idem ſic, quot attingis annos? vel quē attingis annũ? l. quot natus es ānos.

¶ Regula.

¶ Dictioni vniuerſali negatiuæ poſt ponimus ornatè hanc negationem, non, ad aliquid vniuerſaliter affirmandũ: vt. Nihil non fecit Deus hoc eſt, oīa fecit Deus. Nunquā non opatur, hoc eſt, ſemp opatur. Idē fit ſi dictio includens negationē poſtponatur vniuerſali negatiuę dictioni: vt. Nihil nō ſcit Deus. Idem dici poteſt non modico cum ornatu perdictionem interrogatiuam ſequente, non, vel dictione negationem includente: vt. Quid non fecit Deus.

¶ Ad

¶ Ad explicandum autem aliquid particulare affirmatiuè, ornatè pręponimus: nam, dictioni vniuersali negatiuę: vt. Scribe, dũ licuerit non nullus ad me literas: pro aliquas. Narra non nihil, pro aliquid. ¶ Ad aliquam dictionem ornandam, pulchrè sumitur, quæ sibi est contraria, negatione præcedente, vt pro ornanda hac dictione, doctus ornatè dicemus. Non indoctus proparum. Non multum. Pro multum, non parum. Pro scis, non ignoras. Pro male, non bene. Pro bene, non male. &c.

¶ Regula.

¶ Non in ornatè tempora subiunctiui ponuntur pro temporibus indicatiui, & maximè præsens pro præsenti: vt. Velim pro volo. Præteritum pro præterito: vt. Fecerim pro feci.

¶ Regula.

¶ Illud quod satis rusticè exprimitur p, quod, vel, vt, sequente verbo subiunctiui. Ornatè talibus ablatis coniunctionibus exprimetur per infinitiuum verbum: in quod conuertitur verbum illud subiunctiui modi, cuius suppositum nominatiui casus in accusatiuum conuertendum est suppositum verbi infinitiui: vt, ꝑ vult Deus, quòd omnes salui fiant, rectiùs dicetur. Vult Deus omnes saluos esse. Pro volo quod adme venias: volo te adme venire. Si tamen

tali

tali conuersione facta reperiretur verbum infinitum actiuæ vocis cum duobus accusatiuis, altero ante, altero post, ad cauendam amphibologiã, si vterq; accusatiuus in vero sensu, in nominatiuum suppositum verbi finiti posset conuerti, rectiùs loquemur per infinitiuum verbi passiui. Vt, pro volo te illum amare, quando significandum est: volo quòd tu amas illum, dicetur. Volo illum amari abste. Cum autem significãdum est, volo quod ille te amet, dicetur: Volo te amari ab illo. Quod facere non opus est quando alter tantum modo accusatiuus in vero sensu mutari posset in nominatiuũ, ideo non ineptè dicitur. Volo te literas scribere.

¶ Notandum etiam loquutionem talem per verbum subiunctiui modi Latinam esse, & ornatam, simodò tollantur tales coniunctiones: vt. Volo adme venias volo scribas. Notãdum etiam aliquando, quod, habere ornatum, isto modo & cõsimilibus in numeris. Nõ est quod irascaris, hoc est, non est aliquid propter quod irasci debeas. Non est quod doleas: hoc est, nõ est propter quod dolere debeas.

¶ Regula.

¶ Oratio masculina, & fœminina pulchrè & ornatè in neutram conuertuntur hoc modo. Nihil dulcius melle, pro nulla res dulcior est

melle

melle,nihil feruentius illo, pro nullus feruentior illo.

¶Regula.

¶Studium &laborem circa aliquid,ornatè ſic explicamus.Ille literis dat operam,vel. Literis in vigilat,aut in cũbit,aut vacat,aut inſudat,aut inſiſtit,aut indulget, quibus & ſimilibus verbis dandus eſt datiuus ſignificans rem circaquamfit labor, vt. Vocat ille ocio, alius ſomno.

¶Regula.

¶Dare literas,ornatè pro ſcribere,ſeu mittere literas dicitur:is autem ad quem mittuntur, ſeu ſcribuntur, in accuſatiuo cum præpoſitione ad,ponẽdus eſt,& qui eas defert in datiuo vt. Dedit ille mihi elegantes ad te literas.

¶Et ꝓ eo quod ſatis ineptè dicitur, recepi literas,cum ablatiuo ſignificante illum qui eas miſerit:vt. Lepidas ab illo accepi literas.

¶Nec addi poſſunthec nũeralia nomina.duę, tres,quatuor.&c.Huic nomini literæ, pro quibus vtendũ eſt iſtis:binæ,ternæ,quaternæ,quinæ.&c.vt. Binas ad me dedit literas, nõ duas. Dici autem poteſt duæ epiſtole,tres,quatuor. Vnus verò vtriq; addi poteſt, dicendo, vnam epiſtolam,vel vnas literas. Eſt tamen minimè dicendum vnam literam, pro vna epiſtola.

¶Regula.

¶Regula.

¶Ornatè dicitur agere gratias, pro eo quod ineptè dici solet regratiare, vt. Deo innumeris pro beneficijs gratias agere teneris. ¶Dicitur & ornate referre gratias, pro rustico verbo illo recōpensare, vt. Gratias Deo posset referre nemo. ¶Cō similisq; sētētia exprimi potest per repēdere vices, ac ꝑ soluere grates. ¶Idē quoq; per hoc dicendi genus, paria facere cū ablatiuo & ꝑpositione cū, vt. Paria cū Deo posset facere nemo. ¶Dicitur quoq; nō in ornatè grās debere, ꝓ obligatum esse: vt, Insolubiles Deo debemus grās. Et pro eo ꝙ dr̄. Sumus Deo multū obligati, ornatè dicetur. Deo multas debemus grās. ¶Dr̄ ꝑterea habere grās, ꝓ eo ꝙ est recordari beneficiorū, seu in mēte talia recognoscere. Et ꝙ magis rusticè dr̄ habere ꝓ grā, seu tenere ꝓ grato: vt. Habeo tibi grās, quas tibi referre possum minimè. Notandū quoq; dici posse aliquādo grām. l. grates, ꝓ grās. Notādū pariter, agere grās, esse in verbo referre grās in facto, habere aūt grās in mēte. ¶Hoc dicēdi genus: cordi est, ornatū est pro placet, seu gratū est: vt. Mores tui sūt mihi cordi, hoc est placēt mihi. ¶Per hoc verbū agitur iūctum his aduerbiis benè, malè, & similibus, ornatè bonā vel malā valetudinē explicamus

cum

cum ablatiuo mediante præpositione cum, significanti illum in quo talis est valetudo, vt. Bene cum patre meo agitur, hoc est, benè valet, seu sanus est. Malè cũ illo agitur, pro infirmus est. ¶ Interrogatur autem cum ornatu sic de tali valetudine. Quomodo tecum agitur, vel sic Bene ne tecum agitur, aut male? agitur ne bene cnm illo? ¶ Actum est verò, ornatè pro periit dicitur cum ablatiuo, & præpositione, de, vt. Actum est de illo: hoc est periit, seu perditus est ille. ¶ Actum agere, etiam dicitur ornatè: pro nihil proficere, seu in vanum laborare: vt. Actum agit qui tibi consulit. ¶ Idem dicitur per genus illud dicẽdi: laterẽ lauare, aerẽq; verberare, aut in aera loqui. ¶ Cum hoc verbo facio, multa cum ornatu dici solent: vt. Facere rem sacram, quod est dicere missam. Iacturam facere, quod est, perditionem facere. Naufragium facere, quod est, periclitari. Copiam seu potestatem facere, quod est tentare: seu experiri. Certiorem facere, quod est auisare. Missum facere, quod est perdere. &c. Dicitur & ornatè, hæc missa faciamus: hoc est, dimittamus hæc. Res istas missas faciamus. &c.

¶ Accipere repulsam, ornatè pro non obtinere ponitur: vt. Petii ab illo librũ, sed repulsam accepi, seu passus sum, hoc est, illum obtinere

non

non potui. Numq̃; ab illo accepi repulſam:hoc eſt, quicquid volui ab illo ſemper obtinui. ¶ Ornata ſunt hæc aduerbia, pauliſper, parum per, pro pauco tempore, aliquantiſper, pro aliquanto tempore. ¶ Tantiſper, pro tandiu, ſeu tanto tempore exigit quãtiſper pro quamdiu, vel donec, vel dum, vel quoad: vt, tantiſper te diligam, quantiſper fueris bonus. Poteſt apponi ſolum: vt tantiſper te expectabo hoc eſt tanto tempore. ¶ Quãtiſper etiam ornatè interrogat de tempore vt quantiſper dormies, pro quanto tempore. ¶ Et quod per tantiſper dicitur, & quãtiſper, dici etiam poteſt per tãdiu, & quãdiu, vt. Tamdiu Deo ſeruiam quãdiu viuam. ¶ Similiter idem dici poteſt per couſq;, cum ſibi ſocio quouſq;, & per eatenus cũ ſuo correlatiuo quatenus. ¶ Circa quas ſimileſq; dictiones correlatiuas notandum eſt, ornatè auferri poſſe priorem: vt ſeruiam tibi quãdiu voles, pro, tandiu tibi ſeruiam quãdiu voles. ¶ Dicitur ornatè ad votum, pro ſecũdum beneplacitum: vt. Omnia mihi ad votum ſuccedunt, hoc eſt, ſecundum beneplacitum meum. ¶ Huius autem contrarium, præter votũ, etiã non modicum habet ornatum: vt. Omnia mihi præter votum contingunt, hoc eſt cõtra velle meum. Idem quoq; ſignificat pro voto, quod

ad votum. ¶ Per gratum facere dicitur ornatè, pro eo quod dicitur ineptè, placitum facere: vt. Per gratũ mihi feceris si studeris. ¶ Dicitur & ornate id genus, pro eiusdem generis vt. Vidi animalia id genus, hoc est, similia, seu eiusdem generis. ¶ Ornatius sępe loquimur per participium, quam per verbum: vt, pro eo quod dicitur, venit adme ille quando dormiebam: rectiùs dicitur. Venid ad me dormientẽ. Dixit hoc mihi prandẽti, hoc est, dum prandebam. Dicitur & ornatè pſuadere, pro eo quod rusticè dicitur, facere credere: vt. Veritatẽ nemo posset tali persuadere. ¶ Ornatè pretereà dicitur persuasum est mihi, vel per suasum habeo, pro credo. &c. ¶ Exploratum habeo, seu exploratum est mihi, ornatum est, pro experiẽtia, & variam post inquisitionem scio. &c.

¶ Ornatum quoq; habet mecũ, pro inter me, seu in memetipso. Tecum, pro inter te, seu inter te ipsum. Secum, pro interse: vt. Hoc mecũ cogito. ¶ Munus etiam pro officio, ornatè ponitur: vt. Boni amici vteris munere. ¶ Et refero, pro recito: vt. Multa tibi referam in audita: aut pro remitto: vt, hanc controuersiam referamus ad iudicem. Et morem gero cum datiuo, pro complaceo ¶ Fore etiam pro futurum esse: vt. Spero Deum mihi fore propitium.

¶ Dicitur

¶ Dicitur et ornate verbis consequi,pro verbo exprimere:Et literis consequi ,pro ascribere:vt. Quambonus sit Deus ,nec verbis nec literis possem consequi. ¶ Acceptum fero ,ornatum tenet,pro confiteor me accepisse,vt, ꝙ mihi debeas acceptum fero. ¶ Dicitur quoq; ęquo animo ferre, pro patienter sustinere: vt. Fortunam aduersam ęquo animo ferā: quod & dici pōt per hec aduerbia: facilè,& modestè. ¶ Dicitur autem ęgrè ferre,seu grauiter ac molestè,pro eo quod inepte dicitur, accipere pro malo:vt,ꝙ tu dixisti,ille ęgre tulit. ¶ Ornata est syncopa maximè ingenitiuis pluralibus secūdę declinationis :vt Virum,pro virorum. Tertię quoq; declinationis:vt. Amatum pro amantium,apum ,pro apium.&c. Et in pręteritis perfectis indicatiui modi terminatis in. iui:vt,petij pro petiui:petijt pro petiuit,amasti pro amauisti. Et in temporibus inde formatis: vt. Amarant,per amauerant. Amarint, ꝓ amauerint. Amassem,pro amauissem. Amasse pro amauisse. ¶ Quoties in coniugatione alicuius verbi occurunt duę voces eiusdem personæ, ornatè vtimur vna in vno loco, altera vero in altero:vt. Amauere,pro amauerūt. Amare, pro amaris. Amabere,pro amabaris. Amabare,pro amaberis.&c. ¶ Auiginti ad centum vsq; quo

ties duo numeri sunt coniugendi, ornatè præ ponemus minorem numerum maiori.vt. Duo & viginti,tres & viginti.&c. Ablata tamen cõ iũctione tali,sequẽdus est vsitatus modus præ ponendo maiorem minori:vt. Viginti duo.&c Ornate etiam explicamus post decẽ,octauum quemcumq; numerum , præponendo duode, nomini denario sequenti : vt , duodeviginti, pro decem & octo,duode triginta,pro viginti octo.&c.Ad explicandum autem numerũ nonum,præponere licet. vnde,vt. Vnde viginti, pro decem & nouem. Vnde triginta, pro viginti nouem . Vnde quadraginta,pro triginta nouem . ¶ Vbi denotatur augmentum, ornate ponitur indies,pro singulis diebus.In horas, pro singulis horis:vt. Indies inhorasq;,studentis ad studium feuor augeri debet. ¶ Pro singulis annis,dicitur ornatè, quotãnis aduerbium:vt. Cuilibet Christiano quo tannis præcipitur confessio. ¶ Ornatus est valde modus loquendi per hanc dictionem quini , pro eo quod dici solet, non possum retinere iram, dicitur ornatè:non possũ quin irascar. Nõ possũ quin gaudeam. Non possum quin fleam: &c. ¶ Nec minus ornatè exprimetur similis sentẽtia,præponendo vnam negationẽ verbo principali,& alteram verbo infinitiui modi, vt,nõ

possunt

possum non gaudere. ¶ Quæ etiam sententia explicari potest per hęc verba, tempero, sisto, vel contineo, vt. Nō possum lachrimas tempe rare. Idem quoq; significat: non possum à lachrimis astinere. ¶ Dicitur & ornate: siste gradium, vel gressum, pro amplius noli ambulare. Siste fletum, pro noli amplius flere. ¶ Ornata sunt hæc aduerbia. Magnopere, sūmope, pro valde, tantopere: pro in tantum, imprimis, pro multum. ¶ Propediem, pro inbreui: propemodum, pro quasi, supra modū, vel præter modū, pro nimis. ¶ Ornatè sunt & istæ loquutiones, plus satis, pro nimium. Plus licito, pro plusq̃; sit licitū. Plus debito, pro plusq̃; debeas. Plus credito, proplusquam credatur. Plus dicto, pro plusq̃; dicatur, plus opione, pro plusq̃; opinentur homines. Plus solito, vel cōsueto: pro plus quam sit consuetum. Plus merito, pro plusquā merearis: & complura alia ad imaginem horū formanda. Consimilesque ornatus habet hæc dictio. minus, suo modo: vt. Minus licito. &c. ¶ Vtimur ornatè participio futuri in rus, pro verbo temporis futuri, vt. Christus omnes est iudicaturus: pro iudicabit. Ponitur etiā ornatè idem participium pro hoc verbo habeo, seu debeo, sequēti in finitiui: vt. Dicturus sum: pro habeo dicere. ¶ Est mihi scripturus. pro de-

bet mihi ſcribere. ¶ Dicitur & ornatè per participium in dus, habeo tibi hoc dicẽdum, pro habeo tibi hoc dicere, pro quo infinitiuo, ponitur tale participium, quod & ornatè in genere neutro ſubſtantiuo, tũ iungitur huic verbo eſt, aliiſq; tertiis perſonis huius verbi ſum: vt. Seruiendum eſt Deo, pro oporter Deo ſeruire ¶ Gerundium accuſatiui caſus iunctum huic præpoſitioni, inter, ponitur ornatè pro oratione verbi cum aduerbio temporali dũ, vel quãdo: vt. Inter prandendum applicuiſti, pro dum fieret prandium. ¶ Pro conſimili etiam oratione verbali, vbi aliquod talium aduerbiorum adeſt, vtimur ornatè duobus ablatiuis abſolutis, in quos conuertuntur verbum eius et ſupoſitum, ablato penitus tali aduerbio: vt. Prandẽtibus nobis tu applicuiſti, pro quando nos prãdebamus. ¶ Veruntamẽ ſi diuerſorum verborum diuerſa nõ eſſent ſuppoſita, non loquendũ foret per ablatiuos tales, ſed potius per nominatiuos: vt. Prandentes multa ſuper te ſumus loquuti: pro quando nos prãdebamus, eò ꝙ talia duo verba prandebamus, & loquuti ſumus idem habeãt ſuppoſitum. ¶ Ornata ſunt & hæc duo aduerbia quam primũ, ꝓ cito: vt, quã primum veniam, &, cum primùm: ſignificans quod ineptè dicitur, quam cito, quod exi

gens

gensq; duo verba,vt, ſententiã compleat, vt, cum primũ veneris,faciã quod promiſi. Idem cum ornatu exprimi poteſt per vt primùm.
¶Ornatus eſt loquendi modus per adeò ,vel vſq; adeò , pro intantum,vt. Adeò bonus eſt Deus.vt, etiam malis benefacere non ceſſet.
¶Ignorantia alicuius rei,ornatè explicatur ꝑ hec verba:præterëo,fugio,lateo. &c.Vt. hoc me latet,vel me præterit,vel me fugit, vel clã me eſt,vel huius ſum neſcius, ſeu ignarus.
¶Scientiam autem,ornatè per ſimilia explica mus,præponendo negationem:vt,hoc non me latet.&c. ¶Pro reſtat,ornatè dicitur reliquũ eſt,vel ſuper eſt,vt.Cum non ignores quid a-gere debeas,reliquum eſt, vt idem agas.
¶Quod ſæpe numero dici ſolet,communiter dicitur,cum ornatu dicetur fama eſt,vel vul-gò dicitur,vel vt fertur,vel,vt aiunt, vt ferũt, vel per hibent.
¶Dicitur & ornatè in mentem venire,pro re cordari:vt. Quoties mihi in mentẽ veniet dies iudicii, contremiſco.
¶Mortem,cũ ornatu explicamus iſtis modis, ille diẽ clauſit extremũ,aut. Vitam cum morte comutauit,aut. Res deſeruit hũanas, aut. Ab hũanis exceſsit,aut.aĩam expirauit,aut. Spũm afflauit,aut.vita functus ẽ,aut,vita dceſsit, aut

int criit siue obiit. Vitam autem sic, ille vitam degit, vel. Auras habet, aut carpit vitales, vel, Ad huc degit: vel vitā agit, aut, Ad huc in humanis est. &c. ¶ Hoc verbū conferre, ornatū est cum duobus accusatiuis, vno cum praepositione, altero sine p̄positione: accusatiuus enim personam significans, praepositionem quaerit, vt. Multa in homines cōtulit Deus beneficia. Explicamus ornatè patriam, & locum natalē, per adiectiuum nomen sumptum à substātiuo patriam significāte: vt. Vir Romanus. Ciues parisienses. Idem de familia & progenię: vt. Ille Hebraeus est. Idem quoq; de secta, seu statu, vt Ille est Franciscanus. Ille Dominicanus. Ille Stoicus. Ille Mahometicus. Ille Lutheranus. ¶ Et cum de talibus est interrogandū, vtimur ornatè hoc interrogatiuo. cuias: vt. Cuias est ille dicitur pro qua patria, gente, natione, statu, lege, secta? ¶ Quomodo nominamur, exprimimus ornatè hoc modo, cum duobus datiuis. Est mihi nomen Petro: quamq̄; dici potest etiam. Est mihi nomen Petrus. ¶ Ad interrogandum autē quomodo nominemur, sic ornatè dicimus. Quod est tibi nomen? vel. Quo vocaris nomine? vel. Quis vocare? vel. Qui vocaris? ¶ Pro ex parte mea, ornatè dicitur nomine meo. Pro ex parte tua, nomine tuo: vt. Hoc

facito

facito nomine meo. Illũ ſalutabo nomine tuo. ¶ Pro ſaluto, dicimus ornatè. Saluare iubeo, ſi ue ſalute impertior, vel. Salutẽ exopto. ¶ Interrogamus ornate de re aliqua, ꝑ hoc aduerbiũ. ne, hoc modo. Venit ne ille? tu ne hoc dixiſti? &c. Idem intetrogari poteſt per an, verũ tamen pręponi vult. Ne autem poſt vnam dictionem poni: vt, an hoc dixiſti, vel hoc ne dixiſti? ¶ Ornatum etiam eſt hoc interrogatiuum. nec ne, hoc modo. Hoc feciſti: nec ne? ¶ Sunt & ornata hæc interrogatiua: nõne, nũ, & nunqu id? ¶ Dicitur ornatè par eſt, vel æquum eſt pro oportet, ſeu iuſtum, ac conueniens eſt: vt. Par eſt vnum quẽq; Deo obedire. Æquum eſt filios parentibus obſequi. ¶ Parem eſſe ponitur ornatè pro ſufficere ſeu ſufficientẽ eſſe, pares eſſe pro ſufficientes eſſe: vt. Ad tãtum ſub eundum onus non ſum par, ſed nec vos pares eſtis. ¶ Paria autem facere, dicitur ornatè pro recompenſare: vt. Paria tecum faciam dũ potero. ¶ Ornatus eſt modus loquendi per non ſolũ, cui correſpondet verũ etiam, veruntamẽ affirmatiuè loquendo, præponendũ eſt, non ſolùm cum ſententia leuiori, poſtponendũ autẽ verũ etiã, cum ſentẽcia efficatiori: vt. Expone rẽ pro te nõ ſolũ pecunias, verũ etiã vitã. Et ꝓ non ſolũ, poteſt ornatè poni nõ modò, vel non

tantum,vel nedum,& pro verum etiam: poni poteſt, ſed etiam ,ſed & , verum quoq; , quin etiam. Poteſt etiam aliquid poni inter non , & ſolum:vt. Exponerem pro te non pecunias ſolum. &c. Poteſt quoq; aliquid poni inter alia iam dicta. Eadem ſententia etiam ornatè exprimi poteſt per non ſolum,ſuosuè ſotios ſine,verum etiam,ſed tunc, quod efficatius eſt pręponi debet, & quod minùs efficax eſt ſubſequi cum non ſolùm:vt. Pro te exponerem vitam, non ſolùm pecunias. Si autem negatiuè loquēdum ſit,præponenda eſt res efficatior cum nō ſolùm,& poſtponenda res minùs efficax cum nec quidem:vt. Non ſolùm pro te vitam nō exponerem,nec quidem pecunias Et poteſt ornatè aliquid poni inter nec, & quidem,nec nō pro eo poni,ſed nec,vel ſed nec quidem :vt. Non ſolùm intelligere non noui ,ſed nec legere,que ſententia etiam ornatè exprimi poſſet per nec quidem,abſq; non ſolùm,exprimendo tantùm quod minùs eſt ſubaudiendo maius:vt Nec legere quidem nouit. ¶ Poteſt & ornatè poni nedum,pro non ſolùm,maximè ſi loquutio eſt affirmatiua:præponēdo quod maius eſt ſequente quod minus eſt cum nedū:vt. Ex ponerē pro te vitam, nedum pecunias. ¶ Habet iſta præpoſitio ad, nonnullos ornatus. Dicitur

enim

enim ornatè ad vnguem,pro perfectè. Ad am
mussim,pro rectè Ad quid,pro quare,siue pro
pter quã causam. Ad hoc,vel ad hæc:pro præ-
ter eà. Ad tempus,pro aliquo tẽpore,vel. Do
nec fuerit opportunũ. Ad summũ,pro ad plus.
Ad summã, vel in summa pro breuiter omnia
dicendo. Dicitur etiam ad diẽ venire seu com
parere,pro die ꝺ̃terminato. Dicitur quoq; om
nes ad vnum,hoc est,nullo excepto. Potest &
poni pro circiter,seu quasi:vt,ad duo milia ho
minum,pro circiter duo milia. Dicitur & tan-
dẽ,nihil ad illum pro nihil vel parum in cõpa-
ratione illius. ¶Habent & nonnullæ præposi-
tiones aliæ ornatus quosdã: vt. Citra pro sine,
vt. Citra gloriã loquor:hoc est,sine gloria. Po-
nitur etiã citra,pro minusquã:vt. Mãducas ci-
tra necessitatẽ,hoc est,minusq; exigat necessi
tas. Dicitur quoq; cum ornatu. Mãduca citra
crapulã. Bibe citra ebrietatẽ. Labora citra ex-
cessum,hoc est. Mãduca tẽperatè, adeò vt nõ
incidas in crapulã.&c. Põt & poni citra,ꝓ ãte:
vt. Citra diẽ,pro ante diẽ. ¶Vltra verò,ornatè
ponitur ꝓ magisq̃;:vt. Mãducas vltra necessi-
tatẽ:hoc est,plusq̃; necessitas exigat. Quod &
dici põt ꝑ vltra q̃;,& supra q̃;,ac p̃terq̃;.vt. Mã
ducas vltra q̃; ꝺ̃beas. ¶Cõtra ponitur ornatè
ꝓ è cõtrario. Cauẽdũ est tñ,ne dicatur è cõtra.
¶Intereà

¶ Intereà, ornatum eſt pro interim, ſeu in illo interuallo. ¶ Interdiu, etiam pro ꝺ die: vt. Nec interdiu, nec noctu literis incumbis. ¶ Intra modum, dicitur ornatè, pro modeſtè, ſeu cum modo: cuius cõtrarium vltra modum. Dicitur etiam ornatè pro ſine modo, hoc eſt nimiũ, vt. Vltra modum loqueris, cum intra modum ſit loquendum. Dicitur etiam intra famã, vel citra famam: pro minùs quã homines putent. Vltra verò famam, pro pluſquã homines putent. Cauendũ eſt etiã: ne pro intra, ponatur infra, quoties ad numerum fit relatio: non enim dicendum eſt [vt dici ſolet] infra tres horas, ſed intra, cum infra exigat locum vel dignitatem, intra verò numerum. ¶ Ob, ponitur ornatè pro propter. Poſt verò, pro retro. Ineptè enim dicitur retro me, pro poſt me. ¶ Prope ornatũ eſt pro quaſi: vt. Prope ſemper, pro, quaſi ſemper ¶ Et ſupra, pro vltra: vt. Supra modum, pro vltra modum. Supra neceſsitatem, hoc eſt vltra neceſsitatem. Dicitur quoq; tres ſupra viginti pro viginti tres. &c. Item ſupra viginti: propluſ quam viginti. Supra mille, pro pluſquã mille. Poteſt & dici ſupra quã: pro pluſquã: vt. Doctus eſt Eraſmus, ſupra q̃; credatur. Cuius contrarium ornatè ſignificatur per infra quam, vel citra quã. ¶ Pręter, ornatè exceptionem denotat:

tat:vt. Nullus prȩter Deũ per factè bonus est, hoc est. Nullus excepto Deo. Ponitur etiam ornatè pro vltra. Præter hæc super est aliud dicendum. Et pro cõtra:vt. Operaris præter mores, hoc est, cõtra mores. Et pro sine:vt. Præter te, ꝓ sine te. Præter modũ, hoc est, sine modo vel vltra modum: dicitur etiam p̃ter spem, præter opinionẽ, pro insperato, & in opinato, hoc est, quando non sperabamus, seu opinabamur. Et poni potest cum q̃;, copulando similes casus, q̃;uis præter, accusatiuum semper exigit: vt. Nullus præterquam Deus est omnipotens. Nullus autem præter Deum est omnipotens, potest etiam dici præter propter, pro nõ solum propter illud, sed etiam propter aliud: vt. Preter propter Deum hoc fecisti, hoc est, non solum propter Deum. ¶ Vsq;, ponitur ornatè cum quò:vt. Vsq;quò, pro quãdiu, seu q̃; multùm:vt. Vsq;quò dormias? pro q̃; diu, seu vsq; ad quod tempus. Dicitur etiam vsq; quaq;, pro semper, & asiduè:vt. Hoc nõ vsq; quaq; verum est. ¶ A, ponitur ornatè pro, de, vt. Venio à campo, à cœna pro de campo, & cœna. Etiam pro post, vt A cena, pro post cenam. Dicirur quoq; à, interdũ pro exquo. vt. à puero hoc feci: pro ex quo sum puer: à tergo, pro à parte posteriori. A fronte, pro à parte ãteriori.

¶ Cum

¶ Cum ab, dicitur ornatè ab re, pro ſine cauſa ſeu inutiliter, cuius contrarium eſt, non ab rē, ſignificans ornatè, non ſine cauſa, ac propoſito Et ponendi ſunt poſt ab, caſus incipientes à vocalibus: vt, à me. Verumtamen poſt ab, ornatè ponuntur caſus incipientes ab. l. r. i. conſonantibus: vt: Ab lege, ab rege, ab ioue.

¶ Cum, poſt ponitur ornatè his ablatiuis, qui, qua, quo, quibus, vt, quicum &c. Cauendum eſt etiam ne præponatur his ablatiuis, mę, tę, ſe, nobis, vobis. Cum poſt poni debeat vt. Mecum, quando præpoſitio eſt. ¶ Coram, dicitur ornatè pro præſentialiter: vt. Coram illo, p in pręſentia illius. Palam, pro manifeſtè, dicitur ornatè. Et palam, pro valde manifeſtè, vnde in propatulo dicitur, pro in publico. Clam, pro ſecretè, vnde clam culum, pro valde ſecretè. Et clandeſtinus, pro re in ſecreto facta. Dicitur quoq; hoc clam me eſt, pro hoc ignoro. Et clam me hoc feciſti, pro me neſciente. &c.

¶ Cum, e, dicitur ornatè èregione, pro èdiuerſo, ſeu ex oppoſito. E re tua, hoc eſt, ad vtilitatem tuam. E re publica, pro ad vtilitatem reipublicæ. &c. Item è renibus laboro, pro infirmitatem in renibus patior. & ita de conſimilibus: vt, è capite, è pectore. &c.

¶ Ex quo, dicitur ornatè pro poſtquam: vt. Ex

quo venisti, non es mihi loquutus: hoc est, à tempore quo venisti. Et potest referri ad vtrũ q; numerum: vt. Annus est vnus, vel tres sunt anni, ex quo non me vidisti.

¶ Dicitur quoq;. Ex illo, pro eo quod ineptè dici solet ex tunc. Ex tempore, pro ex improuiso, quod & ornatè dicitur per hoc aduerbiũ. inpræmeditatò ac in opinatò. Ex composita. l. dedita opera, pro eo quod rusticè dici solet ex presse, seu ex industria.

¶ Pro. cum ornatu ponitur pro secundum vires tuas. Iudicabitur quisq; suis promeritis.

¶ Præ, pro ante, ac propter: vt. Pre frigore, hoc est, propter frigus. Dicitur etiam præcete ris, præ cunctis, præ aliis, hoc est, plusquam cæteri. Ponitur etiam præ, ornatè pro præter: vt. Præ se omnes arbitratur in doctos. hoc est, omnes præter se.

¶ In. pro contra ornatum est, & pro erga: vt. Terribilis est Deus in malos, pro contra malos. Magnus fuit Chtisti in homines amor, hoc est, erga homines.

¶ Super, ornatum habet pro vltra: vt. Vigilaui super mediam horam, hoc est, vltra, mediã horam, seu quod rusticus dicit. Magis de media hora. Noctem super mediam, hoc est vltra mediam noctem. Ponitur & ornatè pro, de: vt.

vt. Super te facta sunt verba, hoc est, de te. Dicitur quoq; satis super que, pro nimiũ, vt, satis superque bibit, qui ebrius est. ¶ Pro. a, ponitur aliquando, e, vel, ex, vel, de: vt. Audiui è patre, vel ex patre, aut de patre verbum tale, pro à patre. ¶ Dicitur etiam susq; deq; fero, pro parui curo: vt. Quicquid in me delatraris susq; deq; feram. ¶ Ornatum etiam habet hæc præpositio. a. ad sic exprimendam ætatem primam. A teneris annis, à cunabulis, vel ab incunabulis, à crepundiis, à teneris vnguiculis, à pueritia, à paruulo, ab adulescentia, ab ineũte ætate. &c. ¶ Ornatè ad iungitur nomen ordinale huic dictioni se qui, ad exprimendũ numerum illius nominis ordinalis, & ad huc dimidiã partem illius: vt. Anno sequimillesimo, pro anno millesimo quingentesimo. &c. ¶ Ornata sunt hæc nomina simplum, duplum, triplũ quadruplum, & cætera numeralia nomina consimilia, ad explicandum toties tantum: vt. Duplum, pro bis tantum. Centu plum pro cẽties, seu quod rusticè dicitur, centum vicibus tantum. &c. Quorum interrogatiuum est quotuplum, ornatè exprimens quod ineptè quæritur quot vicibus datum: vt. Quotuplũ mihi dabis. ¶ Sunt quoq; ornata hæc numeralia nomina simplex, duplex, triplex, & deinceps alia: ad ex

primen

primendum diuersitates rerum persubstantiuũ eorum significatarum. Duplex est verbũ, hoc est, duæ sunt verborum diuersitates. Interrogatiua quorũ est quotuplex: ꝓ quot sunt diuersitates ornata sũt. ¶ Ornata sunt pariter aduerbia numeralia: vt, semel, bis, ter, quater quinquies & de inceps alia, ad significandum, quod inepte exprimi solet per hoc nomen, vicem, vice. vices, vicibus, cum nomine numerali: vt. Semel, pro vna vice. Bis pro duabus vicibus. Cẽties, pro centum. &c. Interrogatiuum per quoties, etiam ornatum est, proquot vicibus ¶ Dicitur etiam ornatè, toties, pro tot vicibus Multoties, pro multis vicibus. Pluries, pro pluribus. Aliquoties, pro aliquot vicibus, seu aliquando. Alias, pro alia vice, seu alio tempore, vel loco. Iterum vel iterato, rursus, vel rursum vel secundo, pro alia vice. Et sunt addenda huiusmodi aduerbia aliis nominibus numeralibus: vt. Bis cẽtum. Tercentum. Bis mille. Ter mille. &c. Non autem [vt dici solet] duo centum, duomille. &c. Ad quod fugandum dici posset idem per hæc adiectiua nomina ducenti, trecenti, quadringenti. Veruntamen cũ mille si adiectiuum est, dicẽdum est solum bismille, termille. &c. Quòd si substantiuum fuerit, rectè dici poterit. Vnum mille. Duo millia. &c

Cum

¶ Cum genitiuo: vt. Duomillia hominum, vel bis mille homines. ¶ Sunt quoq; ornata hæc aduerbia primò, secundò, tertiè, & de inceps cætera, ꝓ prima vice, secunda, tertia. &c. Quorum notanda est differentia, quam habēt cum his aduerbiis semel. bis. ter. &c. Quorum omniū manifesta fiet in his duobus tertiò, & ter, nam ter, significat tres vices. Tertio autem ex illis tribus tertiam vicem, hoc est, vltimam ex tribus: vt. Venit ad me tertiò, hoc est, tertia, vice. Venit autem ad me ter, hoc est, tribus vicibus. ¶ Habent etiam non nihil ornatus hæc nomina numeralia singuli. ę. a. bini. ę. bina. &c. Vt, pro eo, quod ineptus dicit, vadunt de duobus in duobus, diebus, cum ornatu. Vadūt bini ¶ Dicitur ornatè receptui canere, ꝓ eo, quod dici solet: se retrahere: vt. Quoniā tarda est bora receptui canamus. ¶ Ponitur ornatè infinitiuus verbi pro nomine rei tali verbo significatæ, cui infinitiuo adiectiuum ad iungendum oportet esse neutrum: vt. Scire tuum, nō est multum, hoc est scientia tua, tuum loqui, est gratū mihi, hoc est, eloquium tuum. ¶ Dicimus ornatè post hac, pro de cætero, seu post hoc tempus, sicut ante hac, pro ante hoc tempus. Post hac, caue ne pecces. ¶ Ornatū quoq; est hoc aduerbium ab hinc cum ablatiuo temporali:

dicendo,

dicendo. Ab hinc tribus annis hoc factnm est, pro eo, quod rusticè dicitur: habet tres annos, quod factum est hoc. Idem etiam dici potest, hoc modo. A tribus annis hoc factum est, vel tres sunt anni, ex quo hoc factū est. ¶ Tēpus autem futurum est hic explicandum. Hinc ad tres annos ad te veniā, vel post tres annos, aut post tertium annum, aut de hinc tribus annis, vel ānis post tribus. ¶ Ponitur ornatè aliq̄ndo relatiuum sine antecendente expresso, vt sunt qui hoc dicant: supple aliqui. ¶ Dicitur et ornatè. quò. pro ad quem finē, siue propter quid, vt. Quò tibi tot accumulas nummos, ponitur etiam pro, vt: vt, literis in cumbere habes, quò doctus euadas. ¶ Quorsum etiam non in ornatè ponitur pro quo fine, seu propter ꝙ propositum, vt, quorsum hac dixisti? ¶ Ornatum quoq; habent hęc verba viso, pro eo ad vidēdum. Accerso, pro eo ad vocandum. Capesso, pro eo ad capesendū. Facesso, pro discedo. vt facesse hinc, hoc est, discede hinc. Hactenus, d̄ ornatu.

¶ SEPTIMA PARS, QVÆDAM pro pueris linguę. Latinę, salutandi, vale dicendi. percunctandi, exercitamenta ac formulę ex Erasmo Roderodamo alijs vè doctissimis.

NOn temere docet quidam, vt ſalutemus libenter:comis enim & blanda ſalutatio, ſępe conciliat amicitiam, inimicitiam diluit. Certè mutuam beneuolentiam alit augetq́;. Quidam vſq; adeo Demeę ſunt ingenioque agreſti,vt vix ſalutàti reſalutent :nõnullis hoc vitij conciliauit educatio verius quàm natura ¶ Vrbanitatis eſt ſalutare obuios, aut eos qui nos adeunt,aut quos adimus ipſi colloquendi gratia item operis aliquid agentes.&c. ¶ Salue pater optime ¶ Salue mater optima. ¶ Salue mi frater. ¶ Salue præceptor abſeruãde. ¶ Saluete liberi dulciſſimi ¶ Salue ſoror chariſſima. ¶ Salue multum. ¶ Salue plurimũ ¶ Salue etiam, atq; etiam ¶ Salue quantum mereris. ¶ Salue pro tuis meritis. ¶ Salue dulciſſime nepos.

¶ Blãdior ſalutandi formula inter amãtes.

SAlue mea ſororcula. ¶ Salue mea vita, mea lux,meum delicium,meum ſuauium mel merum. ¶ Salue mea voluptas vnica. ¶ Salue meũ corculum,mea ſpes,meũ ſolatiũ meum decus.

¶ Honoris gratia,aut Secus.

SAlue here. ohe ſalue tu quoq; bone vir. Salue vir ornatiſſime,clariſſime.

Salue

Salue etiam atq; etiam literarum decus.
Salue plurimum amicorum optime.
Salue patrone sígularis. Salue vir ſpectatiſſime
Salue vnicum huius ętatis ornamentum.
Salue Hiſpaniæ delicium.
Saluete quotquot eſtis vna ſalute omnes.
Saluete pariter omnes. Salue cōgerro lepidiſſime.
Salue totius probitatis exemplar.
Salue puella annorū octoginta. para las viejas.
Benè ſit tibi cum tuo caluitio. Reſ.
Benè tibi cum lacero naſo, vt ſalutaris ita reſalutaberis.
Si malè dixeris peiùs audies.
Salue iterum, atq; iterum. Reſ.
Et tu ſalue perpetuum. Salue plus milies. reſ.
Equidem malim ſaluere ſemel.
Salue quantum vis. reſ.
Et tu quantum mereris.
Saluere te iubeo. Reſ. Quid ſi nolim?
Equidē ægrotare malim, q̃; tua ſalute ſaluere
Salua ſit tua ſanctitas, tua amplitudo, celſitudo mageſtas, tua beatitudo. Sublimitas.

¶ Quando per aliū ſalutandū aut reſalutādū.

CRebrum & hoc in epiſtolis, vt per alios ſalutemus alios: id apud eruditos ferè fit his modis.

Antonio nostro multam ex me salutem dicito
Vxorem tuam ac liberos melitissimos omnes meis verbis saluere iubeas. Generũ mea causa salutabis officiosè.
Amicis õnibus communẽ ex me salutẽ dicito
Parentẽ optimũ meo noĩe salutabis diligẽter.
Fac vt amicis communibus mei vice salutem annunties.
Totã familiã tuã pte meis verbis salutẽ volo.
Non erat otium omnibus scribendi, sed omnibus pro me multam dices salutem.
Tu mihi apud amicos omnes vicarius esto salutator.
Omnibus ex me annuntiabis, me illis omnia lęta precari.
Socrui tuæ optabis prosperam valetudinem meo nomine.
Tuum blandissimè salutabis Antonium, sed meo titulo.
Salutassem meum Maturinũ meis literis, sed tu mihi apud illum epistolę vice fueris.

¶ Vale dicendi formulę aliquot

VAle. Vale rectè. Cura vt quàm rectissmè valeas.
Da operam vt bellè valeas.
Communem valetudinẽ fac cures diligẽnter
Si tu rectè vales nos iamdudum valemus.

Valetudine

Valetudini tuę, siquidem nos valere uis omni solicitudine fac seruias.
Adnitere vt quàm optimè valeas.
Sit tibi curę tua valetudo mi Antoni.
Valebis mi Maturine meq́; mutuo diliges.
Fac valetudinem tuam summo tuere studio.
Valeto scribam alias copiosiùs.
Interim mihi valebis.
Intereà curabis vt valeas.
Da operam vt sis prospera valetudine.
Age curam valetudinis tuę.
Vale, nosq́; quod soles ama.
Vale, & quicquid acciderit cogita te mortalem esse.
Vale nostri memor. Vale meum decus.
Vale meũ corculum, & caue ne tibi excidat q̄.
Admonuimus de fratris negocio.
Nonnumq̃; & post dictũ vale subiicitur quod nos fugerit.
Aut quod ideo fingimus nos fugisse quo tenacius insideat animo: vt.
Vale mi Tiro. Sed heus tu, prope modum præterieram quod inprimis dictum oportuit.
Vale, iam parabam obsignare literas, sed quia pręter spem ocij non nihil obtigit libet etiam diutius tecum garrire.
Vale, Sed iam obsignaturo epistolam, illud p

commodè venit inmentem.
Valebis sed manebis paulisper nunc demum occurrit aīo ꝙ primo loco dictũ oportuit.
Vale eia d̃ libro nũc demũ si se offert memoriȩ ne cui credas nisi videris meũ chirographũ
Vale iterũ atq; iterũ, equidẽ nõ possum desinere, adeo mihi dulce est cum amico iucundissimo confabulari.
Vide plura in Erasmicis formulis.

¶ Quid post vale.

Post vale continenter locum, ac diem ascribũt veteres: vt.
Datũ Rome. l. è Roma. Scriptum Mexici Carthagine.
Lutetiæ Athenis. Ex arce nr̃a. E uilla paterna.
E naui ruri ad multam noctem prima luce.
E paternis æditus prima luce crepusculo.
Ex aula proregis anno à Christo nato. &c.
Anno à nataii Iesu Christi quingentesimo supra milesimum.
Anno à virginis partu. Anno ab orbe redẽptor
Anno à Christo passo. &c.
Calendis Ianuariis, siue Ianuarii.
Ad calendas Ianuarii, vel ianuarias.
Postridie calendas Octobris, vel calendarum Octobrium.
Tertio calendas Augusti. &c.

¶ Conuiuis.

¶ Sit

¶ Sit fœlix conuiuiũ, benè ſit vniuerſo cœtui. Præcor oĩa læta vobis oĩbus. Deus benè fortũet vr̃um cõuiuiũ. Sit fauſtũ, ac fœlix cõuiuiũ

¶ Sternutanti.

¶ Sit fauſtũ ac fœlix, ſeruet te Deus, ſit ſaluti ſerũ. Bene vertat Deus.

¶ Suſpicanti quidpiam.

¶ Sit fælix & fauſtũ reipublicæ. Bono ſit omnibus quod inſtituis. Benè vertat quod agis Benè fortunet Deus tuos labores. Faueant ſuperi tuis conatibus. Quæſo vt quod inſtitutis ſuperis benè fortunantibus fœliter abſoluas. Bene fortunet Chriſtus maximus optimus ꝙ in manibus eſt. Fęliciter cedat quod ĩſtituiſti Fæliciter exeat ꝙ aggreſſus es. Rẽ ſctã aggreſſus es, præcor, vt fęlix ſit exitus. Vide plura in Eraſmi formulis.

¶ Reducem quomodo ſalutare oporteat.

¶ Saluum te aduenire gaudemus. Soſpitẽ ad eſſe volupe eſt. Te nobis redditum eſſe voluptati eſt. Gratulamur tibi fęlicẽ reditũ. Gratia ſuperis quòd nobis incolumis redieris. Gratulamur & ſibi, & nobis quòd viuus, ac valẽs nobis reſtitutus ſis. Quod te ſaluũ repererim vehementer gaudeo. Non viderer mihi rediſſe ſaluus, niſi vos ſaluos repiſſem.

Nũc dmũ mihi videor ſoſpes, cũ vos ĩcolumis

ac pulcrhè valetudinis cõſpicio. Ego viciſsim lætor, ꝙ incolumis vos incolumes offẽderim
¶ Percuntandi forma.
Quo pacto vales? valesne? Reſ.
Corpus quidẽ bellè habet, ſed animo maleẽ.l.
Corpus valet, ſed ægrotat crumena.
Facilè iſti morbo medebitur mater.
Vt valuiſti vſq;? Reſ.
Variè, vt ſunt res mortalium.
Satin rectè vales? Saluane res? Satin ſalua res?
Fuiſtine ſemper proſpera valetudine? Reſ.
Proſperrima, gratia ſuperis.
Ego Dei beneficio perpetuo belliſsimè valui
Semper proſpera valetudine ſum vſus.
Hactenus bõa valetudine fui, fauſta, incolumi
Fælici, proſpera, ſecunda, integra.
Faxint ſuperi, vt iſthuc ſit perpetuũ, ac propriũ
Lætus iſthuc audio. voluptatem mihi nũcias.
Eſt iſthuc mihi auditu perquam iucundum.
Sermonẽ iſtũ ex te audire ſupramodũ gaudeo
Iſthuc haud inuitus audio.
Oppidò lætor iſthuc audire ex te.
Vt idem ſemper facias opto.
Vt ad iſtum modũ q̃; diutiſsimè valeas opto.
Tibi gratulor mihi gaudeo.
Gratia ſuperis. Gratiam habeo ſuperis.
Equidem pulchrè valeo ſi tu vales.
Nihil

Nihil interim molestiæ fuit nisi quod vr̃a con suetudine frui non licuit.
¶ Quopacto vales? Res. Rectè, pulchrè, bellè perbellè, bellissimè, perpulchrè, fæliciter, basilice, pancratice. &c.
¶ Male valere:
Recte ne vales? Res. nõ admodũ ex sentẽtia. l.
Equidem vt cumq; valeo.
Valeo vt possum quando vt volo nõ licet. l.
Vt soleo. Vt superis visum est nõ optimè sanè.
Sic vt ante hac priùs numquam.
Valeo vt solitus sum: valeo vt solẽt quibus cũ mendicis res est.
Vt vales? Res. Secus quam vallem.
Quo valetudine es? Res.
Haud sanè cõmoda, incõmoda, per quã incom moda, infelici parum prospera, parum secũda, mala, aduersa, in fausta.
Imbecilli, dubia, mediocri, vix mediocri.
Longè alia quã vellẽ, tolerabili, vix tolerabili
Rem mihi sanè quàm acerbam narras sed.
Bono sis animo oportet: forti in fracto sis aĩo.
Multùm iuuat animus in re mala bonus.
Fulciendus est animus spe fortunę secũdioris
Quid morbi est? Quod mali genus est?
Quis te morbus habet? Quo morbo teneris.
Quid habes morbi? Quis te tenet morbus. R.
Nescio

Neſcio,& hoc laboro periculoſius.
Nullos ne conſuluiſti medicos? Reſ.
Equidem per multos. Quid reſpondent? Reſ.
Id quod ad vocati Demiphoni apud Comicū.
Alius negat,alius ait,alius deliberādum cēſet
In hoc conſentiunt omnes me miſerum eſſe.
Quàm pridem habet te hoc mali?
Diu eſt quòd teneris iſto morbo?
Quantum temporis eſt quòd te malū hoc corripuit Reſ.
Dies plus minus viginti,ferme menſis eſt.
Iam tertius eſt menſis.
Mihi quidem ſeculum videtur quòd ægrotare cœpi.
Num eſt hydrops? Reſ.non arbitror.
Num febris. Reſ.opinor febrē eſſe.
Quoto die recurrit dolor? Reſ.
Quoto die narras? imo quotidie.
Pape malum abominandum.
Vnde contraxiſti morbum, vnde ſuſpicaris hoc eſſe collectum mali?
Ex inedia quia non dabatur cibus vel.
E frigore natum arbitror.
E putribus ouis morbum ortum ſuſpicor.
E vino plus ſatis diluto.
E crudis malis cōtracta eſt ſtomachi cruditas.
Cur non accerſis medicum? Reſ.

Timeo

Timeo citius morbus augeat, quàm adimat.
Metuo ne pro remedio det venenum.
Si moriendum, malo semel mori q̃; tot pharmacis excarnificatus.
Fac igitur vt ipse tibi sis medicus.
Si diffidis homini medico precor vt sit tibi medici vici Deus.

¶ Cur non visis?

¶ Quid causę est quòd tã diu nos nõ inuiseris
Quid rei est, quòd nos tam raro visis?
Quid accidit, quòd tanto tẽpe nos nõ adieris.
Quare tam rarus es salutator?
Quid sibi vult, quòd nos tã diu nõ cõueneris.
Quid obstitit, quò minus visas nos freq̃ntius.
Quid impedimento fuit, quò minus feceris nobis tui videndi copiam.
Non licuit p̱ occupationes. Voluit quidẽ, at nõ licuit mihi p̱ mea negocia. Hactenus nõ sinebant negocia vt te viserem. Non patiebantur vndę negotiorum quibus inuoluebar vt te salutarem. Occupatior fui, quàm vt potuerim Tam variis distringebar curis vt mihi non fuerit liberũ adire te. Vix ipsi mihi fuit copia mei. Negociis meis imputabis non mihi. Non defuit voluntas, sed vetuit necessitas.
Hactenus non vacauit.
Hactenus non contigit otium.

Non licuit per valetudinem.
Non licuit per tempeſtatem.
Malè ſit iſtis curis quę te nobis adimunt.
Quid imprecer iſtis negociis que talem amicum nobis inuident.
Peſsimè ſit iſti febri, quæ nos tam graui deſiderio torſit tui.
Malè pereat iſta febris te in coluni.

¶ Mandandi, ac pollicendi.

¶ Quæſo vt hæc res tibi cordi ſit.
Etiam atq; etiam rogo, vt hoc negotium tibi ſit curæ.
Si me amas cauſam hanc tractabis diligenter.
Hac in re quæſo, vt aduigiles.
Curabis hanc rem mea cauſa diligenter.
Si verè is es, quem ſemper eſſe te mihi perſuaſi, fac vt ſentiã hac in cauſa quãti me facias.
Deſine, ego tibi hoc effectum reddam & quidem propediem.
Curabo diligentiùs quàm ſi mea res ageretur quãquam meã eſſe duco quę ſit amici.
Gaudeo mihi datam occaſionem qua declarẽ animum in te meum.

¶ Grãtia.

¶ Equidẽ gratiam & habeo, & habiturus ſum quoad viuam maximam
Pro iſto tuo in me officio pares agere gratias

vix posſim referre, nequaquam.

Video quantum debeam tuo in me ſtudio, nihil miror, neq; enim tu quicquam noui feciſti & hoc magis debeo.

Quod meum negotium tibi cordi fuerit, amo te & habeo gratiam.

Iſthoc officio gratiam iniſti apud me maximã.

Per gratum eſt, quòd cauſam meã egeris bona fide.

Ex omnibus officiis quæ plurima in me contuliſti, hoc eſt longè gratiſsimum.

Hoc beneficio arctius me tibi deuinxiſti, quã vt poſsim diſſoluere. &c. Sequitur reſpõſio

¶ Reſponſio.

¶ Aufer mihi iſta, maior eſt noſtra neceſsitudo quàm vt vel tu mihi, vel ego tibi pro illo officio debeam gratias agere.

Non contuli hoc in te beneficium ſed retuli.

Mihi quidem abũde relatam gratiam arbitror ſi gratum eſt quod feci ſedulò.

Non eſt cur mihi gratias agas ſi pro tot tuis in me beneficiis non vulgaribus, hoc officioli rependi.

Equidem nihil laudis mereor, in gratiſsimus habendus ſi defuiſſem amico.

Qui bene meretur de amicõ, nõ dat beneficiũ, ſed fœnerat.

Si

Si ex animo probas officium in te meum: fac vtare sæpius.

Ita credam tibi gratum esse quod feci, si quoties desiderabis operam meam, non rogas sed imperas quod voles.

¶ Agendi gratias forma.

¶ Gratũ mihi fecisti, quòd aliquoties ad me scripseris.

Habeo gratiam, quòd ad me crebrius scripsisti

Amo te quòd interdum ad me literas dare nõ dedignatus es.

Habeo gratiam quòd crebris literis me viseris

Ago tibi gratias, qui literarum fasciculis nos oneraris.

Maxima tibi à me habetur gratia qui nos aliquando literis lacessiueris.

Per gratum mihi fecisti, quòd nos dignatus sis tuis literis.

Debeo tibi ꝓ tuis humanissimis ad me literis.

Magni beneficij loco duco quòd non es grauatus ad me scribere.

¶ Noua Rogandi forma.

Nihil ne nouarum rerum ad fertur è patia?

Numquid noui de nostratibus accepisti?

Quid noui? Ecquid nouarum rerum apposas?

Numquid fertur Num quę res nouę è patria nunciatur.

¶ Responsio

¶Responsio.

Noui quidem per multum,at nihil veri.
Nouarum quidem rerum satis at nihil cōpti.
Noua permulta,at explorati nihil.
Non parum noui,at veri non multum.
Nihil ad fertur noui.
Nouarum rerum nihil prorsus accepi.
Rumores ad feruntur per multi,sed dubij.
Plurima est fama at rerum nihil.
Tantum mendaciorum ad fero,quantum vix vna nauis vehat.

¶An accepisti literas?

Nihil ne literarum accepisti?
Num aliquas è patria recepisti literas.
Nullę tibi sunt redditę literæ.
Numquid scriptorum accepisti?
Numquas accepisti epistolas?
Ecquas ab amiculis accepisti literas?
Nihil epistolarum aduolauit è Gallia.

¶Responsio.

Literarum nihil accepi.
Ne pilum quidem literarum accepi.
Ne tantulum quidem ad fertur literarum.
Ne verbum quidem à quoquam redditur.
Tantum literarum accepi iam diu quantū vides in oculo meo.
Equidem pecunias quàm literas malim.

Argentum

Argentum accipere malim, quàm epiſtolas.
Nummos recipere malim quam epiſtolia.
Nihil moror literas modo veniat argentum.
Equidem numerari malo mihi quam ſcribi.

¶ Credo fore.

¶ Facilè credo. haud difficilè creditum eſt. Credi iſtuc ꝑ facilè poteſt. Iſtud tibi quis non credat.
Admodum incredulus fuerit, qui hoc tibi nõ credat.
Profectò habeo tibi fidem.
Iſtius rei mihi facilè fidem facis.
Credo tibi vel iniurato. Veriſimile dicis.

¶ Vtilitatis forma.

Quorſum ſpectant literæ ſine pecunia?
Ad quid tandem inanes conducunt literæ?
Quorſum valent, ad quid conferunt, faciunt, proſunt, perficiunt literę vacuæ Cui gratæ? cui acceptę literę ſine numis.
Quid emolumenti ad ferunt literæ inanes.
Cui bono ſunt ocioſę literæ? Quid iuuant? cui ſunt vſui.
Ad quid conducibiles ſunt? Quid ſecũ adferunt momenti?
Cui rei ſunt vtiles inanes epiſtolæ?

¶ Reſponſio.

Podici tergendo vtiles, idoneę, accomodæ.

Condu-

Conducunt natibns tergendis. Si vſum neſcis earum, ad ãnum expurgandum valent. Ad nates tergendas.
Ad poſticum purgandum.
Conferunt ad eam corporis parte mundãdam quę ſemet identidem inquinat.

¶ Bene precandi.

Vade bonis auibus. Ve en buen hora.
I ſanè, ducente Deo Bene Ambulato.
Vade, agè fauſto ſidere. Dicitur etiã. Secũdis ventis & bonis auſpicijs.
Benè ambula, & redambula. Deus te ducat & reducat.
Te ducat Deus, & reducat oro. Ducere, guiar deducere. Acompañar por honrrar.
Reducere tornatle atraer.
Deus benè, vertat ꝙ agis: quod inmanibus eſt
Vide plura in principio formularum.

¶ Non credo formula.

¶ Quid narras? incredibile dictu. Non veriſimile dicis.
Somniũ mihi narras. Non ſit mihi ſimile veri.
Monſtri ſimile narras. Non pudet tam improbæ vanitatis.

¶ Reſponſio.

Imo rẽ narro à grauiſſimis prodita autoribus.

¶ Cras prandęas formula

In craſtinum te ad cænam voco.
Cras vt mecum cænes oro. Cras igitur mecū prandeas rogo.
Cras igitur te mihi conuiuam volo.

¶ Reſponſio.

Timeo ne nō poſſim. At vereor, ne nō licuerit
Vt poſſim metuo: veniam, ſiquidem licebit.
At metuo, ne non queam.

¶ Quare.

¶ Cur non licebit? Qui ſic? Quid ita? Quamob rem. Quo pacto? Quid cauſe. Quid obſtiterit? quominus poſſis.

¶ Domi me eſſe oportet.

Tum quidem mihi domi manendum eſt.
Vt domi nocte ſim neceſſe eſt.
Tum certè foris eſſe nō licebit.
Cras mihi quoniam ire foras, liberum nō erit.
A prandio ab eſſe mihi integrum non erit.
Aliquot ipſe conuiuas eo die opperior.
Aliqui amiculi conſtituere ea nocte domi noſtre cænare.
Ipſi mihi conuiuę ſunt ea nocte tractandi alio qui lubens venirem. Ni id eſſet haud grauatim facerem.
Quod ni eſſet, haud me tibi difficilē prębere.
Non excuſarem ſi liceret. Non paterer bis rogari, ſi queā fruſtra rogas eū, cui non eſt liberū

¶ Saltim

¶ Saltim perēdino die ad cænā venias necesse est.
Vel perendie apud me sis oportet
Quarto ab hinc die non grauaberis mihi præbere conuiuam.
Die Iouis proximo non potes effugere, quin venias.

¶ Non possum promittere.

Non possum polliceri. Affirmare istud tibi nō possum.
Promittere certò nequeo.
Veniam vbi vtriq; nostrum videbitur cōmodissimum.

¶ Diem dicere debes.

Diem igitur mihi constituas volo ad quē mecum sis cænaturus.
Diem igitur assignes oportet.
Diem igitur promittas, necesse est.
Diem certum mihi præfiniri, præscribi, præstitui, constitui cupio.
At certum diem condicito.
Diem mihi dicas velim.

¶ Nolo te præscire.

Equidem non soleo dicere diem amicis.
Cum quibus mihi parum conuenit ijs, soleo, diem dicere.
De improuiso te opprimam.

In opinatò te opprimam.
Te nec opinatum oppressero.
Te nihil suspicantem oppressurus sum.
Non expectatus adfuero.
Veniam vltroneus & insperatus conuiua.
Adoriar te nec opinantem.

¶ Tuo malo optas.

Equidem tno detrimento in damnum tuum istud optas.
In commodo istud precaris tuo.

¶ Quid ita? Qui sic? quamob rem. Res.

Ego instructus accedam.
Ego munitus veniam Aggrediar te paratus.
Parabo ventrē ac dentes ex acuā, tu vide quibus modis exatures. Res.
Agè ad hoc certamen te provoco.
Agè fac pro viribus, pro virili si quid potes.

¶ Quo is? formula.

Quò tu nunc abis? Quo tu nunc properas?
Quò tu tam celeri gradu tendis? Quo nam te confers?
Quò nunc iter est?

¶ Eo domum, formula.

¶ Domum me recipio. Domum reuertor. Domum repeto.
Domum me confero. Viso, quid domi agatur.
Accerso medicum. Rus hinc concedo.

Constitui.

Constitui ad hanc horam cum viro quodã grauissimo colloqui.
Statui ad hanc horã verba facere cũ viro grauissimo.

¶ Commendandi formulę.

¶ Tu me Curioni magnoperè commendato.
Fac me Curioni quàm cõmẽdatissimũ facias.
Me Curioni commẽdatũ quàm diligẽtissimè curato.
Iube vt me sibi commẽdatissimũ habeat.
Ego me illi perte commendatum facio.
Me tibi etiam atq; etiam commendo.
Me tuę humanitati quàm possum diligentissimè commendo.
Vide ne cum illo sis pauciloquus.
Vide ne pauca cũ illo loquaris.

¶ In culpa.

Non sum in culpa. Culpa non est mea.
Vaco culpa. Quod nihil proficis, tua desidia in causa fuit, non præceptor non pater tuus.
In culpa omnes estis. Vtriq; in culpa estis.
Vtriq; culpandi estis. Ambo accusandi estis.
Amabo in culpa estis.
Incidisti in morbũ tuo ipsius vitio, ipsius culpa
Itidem dicuntur in vitio esse, quibus culpa debet imputari, & in crimine esse qui culpandi sunt & in dãno esse.i. qui dãno afficiũtur.

¶In causa.

¶Quò minus adte scripserim, morbus in causa fuit.

Quod rariùs adte scripserim, mea negotia in causa fuerunt non negligentia. Quid in causa fuit?

Quid causæ fuit? Ego non sum in causa?

Quod nullus à me literas acceperis in causa fuit.

Quod tam macillentus es, amor, non studium in causa. i. causæ.

¶In mora.

¶Non ero vobis in mora. Quidnam vobis in mora fuit?

Tu nobis in mora fuisti. tu nos descuydaste.

Tu semper in mora es. Quid te remoratũ est?

Quis te remoratus est? quien te impidio?

¶In occursu.

¶Salue multùm iucundissime Augustine.

Saluè mi humanissime Augustine.

Fælix sit tibi huius diei exortùs.

Prosper sit tibi hic dies.

¶Irascor tibi formulæ.

At ego non nihil tibi succenseo.

At ego tibi subirascor verum ego tibi sum subiratus.

At qui ego sum in te stomachosior.

At

At qui non nihil eſt, vel habeo quod tibi ſuc-
cenſeam.

¶ Qua cauſa formula.

Quidnam eſt iſtud obſecro? Quid ita?
Quam obrẽ tandè oro? Quid ad miſi ſceleris?
Quid cõmerui? Reſpon.
Quia nõ curaſme. Quòd nulla mei tibi cura ſit
Quòd nihil nos reſpicis.
Quòd tam raro nos reuiſas. Quòd nihil nos
cures.
Quòd me planè negligis.
Quòd noſtri curam videris abieciſſe reſpon-
deat congerro, at nihil eſt cauſæ, cur ſuccẽſes.
At, pręter meritum meum. At immerito ſuccẽ
ſes neq; enim mea culpa accidit quod te ra
rius viſam.
Dabis veniam occupationibus meis, per quas
mihi non licet toties quoties cupio te re-
uiſere. Reſ.
Ita demum tibi ignoſcam ſi hodie apud me
cœnes.
Ea cõditione purgatus mihi eris ſi veſperi ad
cœnam venias congerro.
Haud iniquas pacis conditiones, leges præſ-
cribis mi Aug.
Quare haud inuitus faciã quidẽ: faciã volens.
Iſtud quidem fecero per libenter.

Haud grauatè faciam quod mones.
Hic ſanè non me præbebo difficilem.
Nihil hac re fecero libentius.
Animo faciam lubenti.
Sic ſoleo amicis obſequi, præſertim non iniqua petentibus.
Ridiculum, an tu me recuſaturum putabas oblatum, quod vltrò etiã erat rogandũ cõgerro
Laudo tuam facilitatem & hac in re, & in cæteris omnibus.

¶ Ne fallas me, formula.

¶ Agè: at caue ne me deluſeris. Caue fallas.
Caue ſpem fruſtra foueam.
Caue luſeris expectantem.
Caue mihi verba dederis.
Vide ne me fruſtra habeas.
Vide ne me vana ſpe lactes.

¶ Non refert quò ſit colere Vtrum mauis rubrum, an candidum. Reſ.

¶ Æquidem vtroq; iuxta delector.
Nihil refert quo ſit colore, modò ſapor placeat
Nõ laboro quantum oculis placeat vnum, modo palatum iuuet.
Nihil me mouet aſpectus, ſi ſapor placeat.
Parui refert quo ſit colore. l. quem habeat colorem ſi ſapiat bene.
Non cupio oculos paſcere, ſi palato ſatisface-

re

re queat. vel,modò palatum iuuare posſit.
Nihil moror colorem modo gratus ſit ſapor.

¶Rem attigiſti.

¶Rem acu tetigiſti. Recte iudicas.
Scopum attigiſti. Parum aberras à ſcopo.

¶Vendendi & emendi formulæ.

¶Quanti iſtum agrũ in ſingulos annos locas.
Vigenis libris francis vel decem ſcutatis.
Hui,nimio locas. Imo locaui olim multo pluris
At ego tanti non conducam.
Si conduxeris minoris peream.
¶Libellum iſtum quanti vendis? Reſ.
¶Decẽ argẽteis. Nimio certe. Imo minimo.
Nullus tibi vendet minoris. Emoriar ſi nõ tãti mihi conſtat, aut certe non multo minoris.
Mentiris,quoniã duplò vis vendere,aut triplo
Et centuplo ſi queam.
Dic mihi vno verbo. Quanti æſtimas? quanti indicas libellũ? Dic quãti taxas quãti ĩſcribis?
Iam dixi tibi, quid amplius vis audire? ã tu minoris æſtimas? Reſ. Qui illum teruncio emerit,nimio emerit.

¶Eſtimandi formulæ.

Scis quanti te ſemper fecerim?
Tanti fies apud homines,quãti virtutẽ facies.
Preceptores meos ſemper feci plurimi.

Aurum

Aurū hac tēpeſtate magnipēditur literę nihili
Aurum minoris habeo, quàm credas.
Tuas minas floccifacio: promiſſa tua duco minimi.
Non pili te facio. Si tanti ſapientia penderetur quanti pecunia, nemo auro egeret.
Pluris apud nos fit aurum ſine ſapientia, quàm ſapientia ſine auro Minoris hic fies, quòd mētiri minime calleas.
Hic multi fiunt qui nigrū in candidū vertunt.
Hoc mihi pluris es, quòd literas amas.
Tanti apud omnes eris, quantum poſſidebis.
Tanti vbiq; habeberis quantum habebis,
Non quanti habearis, ſed quanti ſis intereſt.
Tanti te facio, quanti alium neminem.
Inueniuntur & alia verba cum his genitiuis & ablatiuis quæ natura ſua non ſignificant emptionem aut aliquid ſimile, vt: Petrus oſculū puellę ſcutato ducato. emit.
Sit illi fauſtum, nolim ego baſiare tanti.
Quanti ludis, doceris, dormis, comedis, bibis paruo. cænaui &c.
Fauſtus quanti docet? Reſ. paruo at pluris quā vellem.
Quanti igitur? vndeviginti aureis.
Non diſcā mētiri tanti. Nolim ego amare tanti
Quidam magno dormiunt.

Demosthenes pluris siluit quā alij loquebātur.
Æqui boniq; cousulas oro.

¶Consecratio mense.

¶Heus puer ades huc. Tuo munere fungere consecra mensam. Quicquid appositum est R. quicquid apponetur. felix ac sacrū esse iubeat qui sua benignitate pascit vniuersa Amen. Appone epulas. &c.

¶Gratiarum actio post de gustationē.

Petre ades dū age gratias: Gratias agam ne benignitati diuinæ, deinde paulisper deambulaturi Dicat puer. Gratias agimus tibi pater cælestis qui tua ineffabili potentia condidisti ōnia, tua inscrutabili sapientia gubernas vniuersa, tua inexhausta bonitate cūcta pascis ac vegetas, largire filijs tuis, vt aliquando tecū bibant in regno tuo nectar illud immortalitatis: quod promisisti ac præparasti uerè diligentibus te. per Iesum Christum Amen.

¶Ad conuiuas.

¶Habeo vobis hospites candidissimi gratiā qui ad hoc conuiuiolum venire dignati sitis. Oro æqui boniq; consulatis.

¶Literę tuę magnopere me delectarūt

¶Episto

¶Epiſtola, epiſtòlium, ſcripta, ſchedæ, literæ.

Magnopere.

Mirum in modum, miris modis, maiorẽ in modum, mirandum in modum, ſupra modum, plurimũ, nõ mediocriter, ſummope maximopere.

Me.

Animum meum, pectus meum, oculos meos, cor meum. ¶Delectarũt.

¶Voluptate affecerunt recrearũt exhilararũt voluptate fuerunt, oblectarunt, voluptate perfunderunt, mèlitiſsime iucundiſsimè dulciſsimè fuerunt.

¶Verte actiuum in paſsiuum: vt.

¶Dici nõ poſsit quantũ tuis ſim ſcriptis exhilaratus. Item per alia verba idem efficientia.

¶Tuis ex literis incredibilẽ cepi voluptatem. Ex epiſtola celſitudinis tuę plurimum voluptatis accepi. Non mediocrẽ lætitiã tua mihi ſcripta attulerunt. Gaudio tua me ſcripta, quantus eram perfuderunt. Singulari voluptate literæ tuæ me affecerunt.

¶Muta in paſsium.

¶Tuis ſcriptis incridibili ſum affectus voluptate. Nõ parum gaudiorum tuum nobis epiſtolium peperit.

¶Per ſum & nomina adiectiua.

¶Tuæ mihi literæ multis modis iucũdiſsimę fuerunt

fuerūtfuit tua illa epiſtola ſanè quā gratiſsima

¶ Per nomina ſubſtantiua.

¶ Ineffabili voluptati tuo nobis epiſtola fuit. Incredibili, iucunditati fuerunt tuæ literæ.

¶ Nomina affinitatum.

Socer	Vxoris meo pater.
Gener	Filiæ mæe maritus.
Socrus	Vxoris meæ mater.
Nurus	Filii mei vxor.
Leuir	Mariti frat er leuirdicitur ab vxore
Fratria	Fratris mei vxor.
Glos	Mariti ſoror.
Vitricus	Matris meæ maritus.
Nouerca	Patris mei vxor.
Priuignus	Vxoris mei vxor.
Priuigna	Filia alterutrius.
Riuals	Qui amat eandem.
Pellex	Quc amat eundem.

¶ Notatu digna.

¶ In oratione nōnunq; nomen ſubſtantiuū ad iectiuo cōmutatur, aut contra. vt. ¶ Iuxta ſen tētiā homeri, vel homericā. ¶ Vergilii eſt ſen tentia: vel, vergiliana eſt ſententia amorē om- nia vincere. ¶ Eraſmi ſtylum, vel, Eraſmicum ſtylum timūt barbari. ¶ Homeri mageſtatē. i. homericā mageſtatē æmulatur Vergilius.

¶ Genus

¶ Genus hominum, vel, genus humanum aſsimilatur floribus, qui matutino tempore creſcunt, veſpere verò areſcunt.

¶ Hic adiectiui ſubſtantiuo fit commutatio.

¶ Vir mirè facundus, vel mira facundia.
¶ In ſignitè impudens. In ſignita impudentia.
¶ Homo egregiè doctus, homo egregia doctrina.

¶ Hic verbi actiui in paſsiuum. fit commutatio.

¶ Plurimam habeo gratiam: plurima à me tibi habetur gratia. ¶ Magna me tenet admiratio. Magna teneor admiratione. ¶ Non ſic amat filium mater. Non ſic amatur à matre filius ¶ Literæ tuæ maximòpere me delectarunt. Tuis literis maximòpere ſum delectatus.
¶ Tua epiſtola magno me affecit gaudio. Ex epiſtola tua magno affectus ſum gaudio, & ſic de ſimilibus. ¶ Cauenda tamen eſt in aliquibus talis permutatio. Non enim hęc conuerſio ſeu reciprocatio procedit in quibuſlibet: vt. Cepi cibum, & captus ſum cibo. Cepi prouinciam, & captus ſum prouincia.

¶ Paſsiui in actiuum permutatio.

¶ Ex epiſtola tua non vulgariter exhilaratus ſum. Epiſtola tua nõ vulgariter me exhilarauit.

¶ Eximia

¶Eximia quadam lętitia tuę me literę affecerũt. Tuis ex literis singulari sũ affectus lętitia

¶verbum nomine commutatur.

¶Non dubito quin possit. Non est mihi dubium quin possit. ¶Non confido facturum me. Non est fidutia. ¶Iudicent alii. Aliorum esto iuditio. ¶Quid huc redisti. Quid huc reditio est; ¶Desine nugari. Desine nugas.

¶Nomen verbo commutatur. vt.

¶Est illi mira sitis auri. Mirè sitt aurũ. ¶Mea quidem sententia. vt ego sentio quidẽ. ¶Iuditio Pauli melius est nubere, quã vri, vt Paulus iudicat melius est nubere quã vri. ¶Omnibus sapiens est, sibi vni non sapiens est. Omnibus sapit, sibi vni non sapit.

¶Infinitiuum verbum pro nomine.

¶Nostrum istud viuere triste. Nostra vita tristis. ¶Virtus est vicium fugere. Virtus est fuga vitiorũ. ¶Scire tuũ nihil est. Velle suũ cuiq; est. ¶Idem velle & nolle, ea demum vera est amiticia. ¶Legere & non intelligere, negligere est. ¶Amare, amor est. Legere, lectio est. ¶Sapere, sapientia est. ¶Pænitere, pęnitentia est. ¶Ego pęnitere tanti non emo.

¶Hic verbnm participio commutatur.

¶Amanten redama, pro eo quo est, Redama eum qui te amat. ¶Promerenti benefac. idest

benefac

Beuesac ei qui promeretur. ¶ Tui desideratissimns est. Te maximè desiderat. ¶ Nemo tui videndi cupiẽtior, pro eo quod est, Nemo est qui te magis videre cupiat.

¶ Hic verbum supino mutatur.

¶ Venit eripere: venit ereptum.

¶ Venit repetere depositum: venit repetitum depositum.

¶ Venit vt depositum repetat: venit vt eripiat

¶ Nonnũq; etiam verbo infinito vtimur ꝓ participio seu gerundii loco.

¶ Habeo vobis dicere, ideſt, ad dicendum. Adeamus visere, ideſt, ad videndum. ¶ Da bibere, ideſt, ad bibendum. ¶ Paratus sum scribere, & ad scribendum. &c.

¶ Nomen positum pro gerundio.

¶ Cupidus litium; & Cupidus litigandi.

¶ Peritus belli, & peritus bellandi &c.

¶ Gerundium gerundiuo cõmutatur.

¶ Veni causa amandi virtutem, veni amandæ virtutis causa. ¶ Gratia gerendi bella, gerendorum bellorum gratia. ¶ Ad amplexandam virtutem, magis quàm ad amplexandum virtutem. ¶ Ad congerendas pecunias inhiat, & ad congerendum pecunias in hiat. ¶ Eo ad salutandos fratres, & eo ad salutandum fratres.

¶ Profectus est spiram ad videndos Germanicæ

nicæ principes, &, profectus est Spiram ad videndum Germanicos principes. ¶ Veni causa visendi tui, causa visendi te. ¶ Pleriq; iuuẽs sacras ædes visitant ad spectãdas puellas, pleraq; iuuenum pars, non ob aliud templa intrãt, nisi ad spectandum puellas.

¶ Legendo libros doctus euades, legendis libris doctus euades. Non est mihi otium huius rei narrandæ. Non est mihi otium narrãdi hãc rem. ¶ Erasmus natus est ad restaurandas bonas literas. Erasmus natus est ad restaurandum bonas literas. ¶ In scribendis epistolas opus est arte. ¶ In scribendo epistolas opus est arte.

¶ Hic infinitum verbum supino commutatur.

¶ Hoc dictum oportuit, hoc dicere oportuit. ¶ Si quid rectè curatum velis. Si quid rectè curare velis.

¶ Supinum pro verbo positum.

¶ Libitum est, pro libuit. Misertum est, pro misertus sum. ¶ Pertesum est, pro teduit. ¶ Placitum est, pro placuit. ¶ Puditum est, pro puduit. ¶ Licitum est, pro licuit. ¶ Pigitum est, pro piguit. ¶ Scriptum est à Cicerone, pro Cicero scripsit. Dictum est à te. Tu dixisti. ¶ Nũtiatum est nobis, pro nuntiauerunt nobis.

¶ Aduerbium nomine commutatur.

¶ Rarus est conuiua. Rarò est conuiua.

¶ Multus est apud mulierem. Multùm apud mulierem versatur. ¶ Perpetuus est in studio, perpetuò studet. ¶ Continuus es in literis, cõtinuò incumbis literis.

¶ Frequens est in aula, pro frequenter. ¶ Assiduus est in literis, pro assiduè.

¶ Hic vsurpatur numerus pro numero. s. singularis pro plurali.

¶ Romanus prelio victor, ꝓ Romani victores ¶ Eques maximè resistebat, pro equites resistebant. ¶ Omnem pecuniam absumpsit, pro omnes pecunias. ¶ Barbarus certat cum Erasmo, pro barbari certant. ¶ Turca insectatur Christianos, pro Turcæ insectãtur Christiãos.

¶ Pluralis pro singulari.

¶ Populo imposuimus, idest imposui. Oratores visi sumus, pro orator visus sum. ¶ Pluralem pro singulari in prima persona ponere, vsitatissimum est apud scriptores. Exẽplum Vergilianũ. O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. &c. Principes etiã modestiæ gratia loquũtur ferè pluraliter de se: vt. Nos Maximilianus Romanorum imperator. Nos Philippus diuino fauore Hispanorum princeps: hinc & olim apud veteres, si quispiam magistratu fungẽs, hunc

hunc in modum ſcripſit. Conſiderauimus, retu limus, ſtatuimus. &c. De hoc vide Eraſmum in epitome

¶ Commutatio generis in verbis.

¶ Multa ſunt verba in or, quę ab antiquis [teſte Priſciano] tã actiua quam paſsiua ſignificatione probata inueniuntur: vt.

¶ Lacrhymat ꝓ lacrhymatur. Luxuriat, pro luxuriatur. Fluctuat, pro fluctuatur. Præuertere, pro præuerti. Præcipitat, pro præcipitatur. Auertit, pro auertitur. Malignat, pro malignatur Naufragat, pro naufragatur. Medicare, pro medicari. ¶ Hęc prędicta verba ac ſimilia tam in terminatione actiua quàm in paſsiua proferuntur idemq; ſignificant ſub o, & or. ¶ Aſſentior aſſentio. Impertior, impertio, nõ impartio [autore Priſciano]. Comperior, comperio Fabricor, fabrico. Alteror, altero. Iurgor, iurgo, ſed iurgor vſitatius eſt. Partior, partio. Conuerto, conuertor. Significo, ſignificor. Cœnor, Cœno Pignero, pigneror. Hæc & plura alia variè à vetuſtiſsimis Latinorũ vſurpata fuere: in quibus poſtea altera terminatio repudiata èſt.

¶ Caſus pro caſu.

¶ Eius rei, vel ea res venit mihi in mentem. Non ſum id neſcius. Non ſum eius rei neſcius.

¶ Hic compoſiti pro ſimplici vſus.

¶ Conſcribere, pro ſcribere. Comedere, pro edere, Demirari, pro mirari. Inaudire, pro audire. Incognoſcere, pro cognoſcere. Comſipere, pro ſapere. Complacere, pro placere. Depēdere, pro pendere. Deridiculus, pro ridiculus. Quandoquidem, pro quando.

¶ Hic inchoatiuorum fit interpretatio per verbum fio.

Non poteſt pudeſcere. Non poteſt pudefieri. Tempus eſt, vt expergiſcaris, tempus eſt, vt expergefias. Caleſcere, & calefieri. Tepeſcere, & tepefieri.

¶ Hic variatur compoſitio.

¶ Diſſoluere, perſoluere, exoluere, reſoluere ęs alienum. Exprobrare, & opprobrare.

¶ Hic fit temporis commutatio.

¶ Memini legere. Memini legiſſe. Prædiceres, prædixiſſes, vel prædicere debuiſſes. Saluta to, pro ſaluta. Vincimus, pro vincemus.

¶ Hic fit modi variatio.

¶ Vicero, pro vincam. Salutabis pro ſalutato Valebis, pro valeto. Memineris pro memēto. Oderis, pro odio habeto. Ne crede, ne credas Imperatiuus pro cōiunctiuo. Vbi voles, vbi volueris. Cùm vacabit, cùm vacauerit. Coniunctiuus ſæpe loco infiniti ponitur: vt, ſtudeas velim, uolo legas. Taceas velim. Coniunctiuus etiam

etiam interdum pro indicatiuo vſurpatur: vt Si pergis, abiero, pro abibo. &c.

¶Hic variatur declinatio.

¶Hilarus, & hilaris. Violens, & violẽtus. Capo, & capus. Pauo, & pauus. Scorpio, & ſcorpius. Delphinus, & delphin. Comedus, & comedo. Senectus, & ſenecta. Pinus, & pinea. Cõtagium, & contagio. Hebdomada, æ, hebdomas, adis. Elephantus, & elephas. Inermus, & inermis. Vnanimus, & vnanimis. Imberbus, & imberbis. Syncerus, & ſynceris. Procliuus, & procliuis. Effrænus, & effrænis. Biiugus, & biiugis. Imbecillus, & imbecillis. Eneruus, & eneruis. Enormus, & enormis. In columus, & incolumis.

¶Syncope.

¶Dixti, pro dixiſti. Repoſtum, pro repoſitum Acceſtis, pro acceſsiſtis. Extinxti, pro extinxiſti. Glutiſſe, pro glutiuiſſe. Audacter, pro audaciter. Commorit, pro commouerit. &c. Eſt autem ſyncope ablatio de medio dictionis.

¶Apocope.

¶Apocope, eſt abſcisio, ſeu amputatio literę vel ſyllabę de fine dictionis. Exemplum primi Literę Achilli, pro Acchillis, peculi, pro peculii. Fac, pro face. Exemplum ſecundi. Mage, pro magis. Vin? pro viſne? Sat, pro ſatis. &c

¶ Metaphora.

¶ Pollicem premere,pro fauere. Conuertere pollicem,pro nihil fauere.Ringi,pro indignari. Corrugare frontem,pro molestè ferre.Frõtem exporrigere, pro hilarescere . Perfricare faciem,seu frontem, pro omnem pudorem de ponere,nihilq; pudere. Contrahere frontem, caperare,explicare frontem , seuerum,tetricũ seu tristem esse.Contrahere, seu attollere ,vel ponere supercilium fastidiosum seu arrogantem esse significat. Inflare buccas , est fastuosum ac turgidum esse . Vellicare. pro crimi nari,mordere ac lacerare.Effrontes,pro inuerecundos dicimus,qui omnem deposuere pudorem. Os impudens,os durum , os ferreum dicimus,cum impudentiam notamus.

¶ A sensibus corporeis.

¶ Video,pro intelligo.Prospicere ,pro cogni tum habere. Suspicere,pro admirari seu venerari.Despicere,pro contẽnere seu fastidire. Oculis ferre,pro vehementer amare,curæq; habere.In oculis esse, idest,palàm , manifestum, ac in propatulo esse. Obuersari oculis ,pro eo quod est recordari,& in memoria cognitione q; esse. Respicere,curã agere,& rationẽ habere.Prospicere,in posterũ cõsulere. Cõniuere, pro data opera dissimulare. Cæcutire , halluci

nari,

nari,profalli iudicio. ¶ Odorari,pro rescisce-
re,ac sagaciter deprehensum atq; animaduer-
sum cognoscere. Odor,pro suspitiōe acrum o-
re. Olfacere,pro deprehendere. Subolere,pro
tacitè aliquid sentire. ¶ Nasuti,pro irrisores,
qui doctè norunt alios ludere. ¶ Emūctę na-
ris dicitur is, qui acri est, exactoq; iudicio,
quasi purgatè naris,& vehementer nasutus.
Nasus pro iudicio.

¶ Nomina deorum pro rebus quibus.
pręsunt passim ponimus,vt.

Martem,pro bello· Neptunum, pro aqua. Ce-
rerem,pro pane,seu frugibus. Venerem pro li
bidine,seu scorto. Cupidinem pro amore. Mu
sas,pro literis.

¶ Ex parte totum.

¶ Mucronem,acumen gladij,pro ipso gladio.
Pupim posteriorem partē nauis,pro tota naui.
Tectum,pro domo. gladium, probello vt. Nō
veni mittere pacem,sed gladium.

¶ In his additur vel aufertur negatio.

¶ Primas obtinet,id est,primum locum. Non
est in postremis. ¶ Vir egregiè doctos. Vir mi
nimè indoctus. ¶ Sine labore discis. Nullo la
bore discis. ¶ Est homo doctrina admiranda.
¶ Est homo nō contēnenda doctrina. ¶ Pla
cet. Non displicet. Accipio conditionem. Nō

recuso conditionē. Nemini placet, Omnibus displicet.

¶ Non nihil fallaciæ in tendendum est homini: id est. Aliquid fallaciȩ intendendum est homini. ¶ Homo minimè malus. Homo quiduis potius quam malus.

¶ Omnia facit. Nihil non facit. Omnes amicos alienauit. Neminem non alieuauit. Omnibus malè dicit. Nulli non malè dicit. Vincit ōnes candore, neminem non vincit candore.

¶ In nonnullis comparatiuis dictionibus fit hęc commutatio translatis dumtaxat partibus.

¶ Ante ponit famam pecunię. Posthabet pecuniam famę.

¶ Minoris facit famam quàm pecuniam.

¶ Pluris facit pecuniam, qnàm famam.

¶ Prius habet lucrum, quàm honestum.

¶ Posterius habet honestum, quàm lucrum.

¶ Commutatio relatiuorum.

¶ Vxor illius esse non vult. Non vult illū maritum. ¶ Recusat illius esse socer. Recusat illū generum. ¶ Pudet me huius nurū. Pudet me huius socrum videri. ¶ Non alium patrem mihi optē. Nullius malim esse filius. ¶ O me felicē Erasmo pręceptore: felicē me, qui Erasmi sum discipulus.

¶ Caue

¶ Caue isti locaueris domum, ne committas, vt hic domum conducat tuam.
¶ Iam dudum expectat, vt viro nubat. Expectat, vt se vir aliquis ducat.
¶ Nolim tibi debere. Nolim te mihi creditorē
¶ Hoc me docuisti, hoc ex te didici.
¶ Hoc mihi retulit Erasmus. Hoc ex Erasmo audiui.
¶ Plurimum ex ea re capies emolumenti. Ea res plurimum tibi adferet emolumenti.
¶ Literę non parum ornamenti conciliabunt, Ex literis non parum ornamēti tibi accedet.
¶ Pater filio reconciliatus est, filius cum patre redijt in gratiam &c.
¶ Hæc per interrogationem variantur.
¶ Non est miserum mori, vsq; adeo mori miserum est? ¶ Nihil te vanius. An quicquam te vanius? ¶ Nihil tua epistola vnquam euenit gratius. Quid epistola illa tua nobis euenit gratius?
¶ Hic per admirationem vertetur oratio nis color.
¶ Vehementer amat pecuniam. Dij boniquā amat pecuniam. ¶ Magnū bonū porto. Dij boni, boni quid porto.
¶ Epistola tua mirum in modum me exhilarauit, Deum immortalem quam ingens gaudiū nobis

nobis è tua prouenit epiſtola?

¶ Hic per dubitationem commutata eſt orationis forma.

¶ Tum deos contemnit, tum homines, Haud ſcio magis ne deos contemnat, an homines ¶ Es homo omnium improbiſſimus. Adeo improbus es, vt quo nomine debeas appellari non ſatis ſciam.

¶ Hic per exclamationem.

¶ Eſt vir inſigni vanitate, & ſingularem hominis vanitatem. ¶ Eſt vir impurus, & hominem impurum. ¶ Miſerum me & miſerum me.

¶ Hic per ſubiectionem. &c.

¶ Cum & genere ſis obſcuriſſimo, & re nulla, nullis literis, nullo ingenio, quid eſt cur te adeo iactes? Quid habes, cur tam ſic inſolens? Natalium ſplẽdorem? Atqui genere es obſcuriſſimo. Opes? at vel Iro ipſo pauperor es. Eruditionem? ſed bonas literas nec attigiſti vnq̃;. Formam? at ipſo Therſite deformior es. Ingenium? at iſtud profecto nactus es ſtupidiſſimũ Quid igitur iſta tua iactantia eſt, niſi mera inſania?

DE EPITHETIS, SEV LITERArum ſuper ſcriptionibus. Summo pontifici.

Sanctiſsimo

Sanctiſſimo diui Petri ſucceſſori. Summo Romanorumpontifici:Reuerētia,omniq; obſeruatione digniſſimo papę antiſtitiq; Romanorum maximo: Sāctiſſimo Chriſti in terris vicario. Summo vigilantiſſimoq; Chriſtiani gregis paſtori.&c.

¶Imperatori.

Diuo atq; inuictiſſimo. Romanorum imperatori. Feliciſſimo totius orbs moderatori . In comparabili orbi monarchę diuo Cæſari ſem perq; auguſto. Togatorum principi inclitiſſimo.&c.

¶Cardinalibus.

In primis reuerēdo cardiniliq; præſbytero. Sūma obſeruatione digniſſimo, Romanorū pontificatus cardinali. ¶Multa reuerentia digno, Romaniq; pontificis cardinali.&c.

¶Regibus.

¶Inuictiſſimo Romanorum regi. Magnanimo triumphatori,& Chriſtianiſſimo Francorū regi. ¶Clementiſſimo Hiſpanorum rectori, ac regi excellentiſſimo ſummaq; virtute prædito.&c.

¶Archiepiſcopis & epiſcopis.

¶Inprimis ſancto patri &primatus Lugdunenſis archiepiſcopo. Reuerendo admodum in-Chriſto patri antiſtiti.&c.

¶Archidu-

¶ Archiducibus.

¶ Clarissimo atq; inuictissimo archiduci. Inclitissimo bellatori,& inuictissimo suorū ductori. ¶ Generosissimo ,atq; eidem splendidissimo duci inprimis strenuo,ac pręter cęteros fortunato,horum aut illorum duci.&c.

¶ Abbatibus & ceteris ecclesię primatibus.

¶ Reuerendo patri, obseruando cum primis archipresbytero. Religiosissimo viro ecclesię. N.archidiacono. Vigilantissimo gregis dñici pastori. Eximio conuentus prędicatorum pręsidi. Disertissimo fratrū minorum cōcionatori

¶ Comitibus equitibusq; auratis.

¶ Fidelissimo regis comiti: inprimis strenuo bellatori equitiq; aurato. Aureo cingulo insignito,summaq; virtute prędito,nec minus felici in bellis gerendis equiti. Alto loco nato,clarisq; natalibus perspicuo equiti, forti admodū equiti & inprimis strenuo &c.

¶ Religiosis & doctoribus.

¶ Venerabili presbytero Viro religioso admodum, & in primis colendo. Multa sanctitate perspicuo,conspicuo. Summa castimonia claro. Excellenti abstinentia ornato. Summa religione prędito. ¶ Viro disertissimo doctorum antistiti. Eloquii Romanorū principi. ¶ Iuris consultissimo. Medico peritissimo . Diuinarū

literarum

literarum interpreti perfectissimo. Diuinę paginę professori eximio. Doctissimo bonarum artium interpreti perfectissimo.

¶Iudici & pręfectis.

¶Incorruptissimo iuris administratori. Sanctissimo legum executori, integerrimo legum interpreti, vigilantissimo vrbis pręfecto. Dili genti admodum ciuitatis moderatari. &c.

¶Ciuibus siue negotiatoribus.

¶Splendido ciui, prudentissimo viro, optimo laudatoq; admodum negotiatori, Mercuriali viro probatissimo, negotiatorum optimo, diligenti operario, solerti opifici, probo mercatori Studioso scholastico, ingenuo adulescēti, spectatę indolis puero &c.

¶Cognatis & affinibus.

¶Patri optimo. Matri indulgentissimę fratri charissimo. Sorori charissimę patruo obseruādo. Nepoti mellitissimo. Vxori suauissimę iucundissimo genero.

¶Matronis.

¶Primariæ, optimæ, integerrimę, probę pudicæ, nobili matronę.

¶Puellis.

¶Lepidę, bellę, amabili, optimę. Iucundę, pudicę, mellitę.

¶Adolescentibus.

¶Ingenioso

¶Ingenioſo, probo, modeſto, optimę ſpei. eximio, generoſę indolis.&c.

¶De vſu & ſignificatione quorūdam ad uerbiorum coniuctionū & interiectio num. ¶Abhinc.

¶Ab hinc idem quod ab hoc tempore, vel an te hoc tempus iungiturq; nūc accuſatiuo nūc ablatiuo: vt. Terē. in An, mulier quędã ab hinc triēnū comigrauit huic viciniæ ſcilicet, abhinc annis tribus.

¶Abunde.

¶Abunde, ſignificat copioſe vel ſatis. Saluſt. Abūde magna pręſidia nobis in veſtra amici cia fore. Abunde cum genitiuo: Vergi: abūde eſt fraudis.

¶Ac.

¶Ac, ponitur eleganter poſt has particulas, a liud, aliter, cōtra, ſecus iuxta, ſtatim, cōfeſtim proximè, perinde par, æquè, item, idem: vt. A liud mihi reſpondes ac volo, vel, ac rogo, & ſi militer facis ac ſi me roges.

¶Adeo.

¶Adeo, cōiunctio atq; præpoſita, pro potius vel etiam: vt, nihil adoleſcente tuo atq; adeo noſtro amabilius. Adeo, abſolutè ponitur pro valde:

valde:vt. Adolescentem adeo nobilem. Adeo,pro in tantum: vt. Adeo superbus est vt nemini cedat. Mirè ferox est, adeò vt nec patri cedat.

Ad hæc.

¶ Ad hæc,ideſt præterea, particula eſt continuatiua.

Affatim.

Affatim,pro abunde:vt, fruemur illo affatim.

Aliter.

Aliter,gaudet his particulis.ac.atq;.quàm:vt. Nunquã te aliter atq; es in animũ induxi meũ

Amplius.

Amplius, eleganter iungitur nunc accuſatiuo nõc ablatiuo, nũc noĩatiuo ſine particula quã: vt. Cæſar, Amplius horas quatuor fortiſsimè pugnauerunt, ideſt pluſquam. Et amplius ſex ſunt menſes,ideſt diutius ſex.&c. Victi ãplius ducenti cecidere. Ego amplius deliberãdum cenſeo.

An.

An,ponitur interrogatiuè,& propriè de pluribus:vt,an quicq̃; eſt etiam amplius.Item dubitatiuè:vt.Neſcio an ſileam an loquar. Item an ne interrogandi:vt. An ne intus eſt Pãphilus? Item,an ne dubitandi:vt. Et iam haud ſcio an ne vxorem ducat. Annon dum:vt. Reperiſti

quod

quod tibi placeat,an nondum etiam? ex Teré.

Ante hac.

Ante hac. i.ante hoc tempus:vt.tantum hodie didici quãtum antehac nũq̃;,&id miraculi ante hac uidi nũq̃;.

¶At

At, pro saltem Cato. Si non eodẽ,at postridie. At, execrantis : vt at tibi dij dignun factis exitiũ dent:ex Teren .At, optantis. Plau. At tibi omnes benefaciant. At, aptum responsioni. Vt at iam,at nunc hoc opus est.

¶Atq́;

Atq́;, coniũctio copulatiua pro quam quũ cõparat gaudet quoq́; eisdem particulis quibus ac recurre ad precedẽtia:vt, Ioãnes est doctior atq́; tu.i.quãtu.

¶Atqui

Atqui, coniuctio ꝓ certe elegãtius : vt at qui ex me hicnõ natus est,sed ex fratre. ¶At qui, ꝓ imò:vt.At qui ea res multo maximè disiunxit illum ab illa.

¶Bene

Benè, pro valde:vt benè longus sermo & habetis sermonen benè longum. benè magnũ tẽpus .Be nè magna domus, ciuitas ,multitudo. Benè vertat.s.cedat,est benè p̃cantis. Benè sit tibi. Benè se res habet. Benè habet imper-

sonaliter

ſonaliter &. Benè habent tibi principia. Benè conuenit inter eos. Benè cogitare de aliquo. Benè curarẽ valetudinm.

¶ Optimè.

Optimè, nonuq̃; pro opportunè: vt optimè adeſt. Optimè mihi intempore ad uenit..

¶ Continuò.

Continuò, protinus Statim. prȩcedente nega tione ante addita particula negatiua vim negãdi habente ſignificat nõ ideo: vt, Qui nobis aſſentatur, is non continuo amicus putandus eſt, ideſt non ideo.

Cedo.

¶ Cedo aduerbium, quũ flagitamus aliquid exhiberi, pro die: vt cedo qui veſtra rem publi cam: tantam amiſiſtis, & tam cito? vnde qui hic pluralis numeri ſenſus eſt dicite vos qui. &c.

Certè.

¶ Certè aduerbium cõfirmantis: vt certè captus eſt, certè is eſt. Certè pro ſaltem: vt. Si me non amas certè non oderis.

Confeſtim.

¶ Confeſtim iũgitur pulchre his cõiunctioni bus: vt. atq; quãvt põt vt fuerit alienatus patre

Nempe.

¶ Nempe confirmantis eſt, quod nunc interro gatione, nunc ſine ea ponitur vt nempe iubes? Reſ. Iubeo hercle verò.

Nequitur.

¶Nequiter.i.puerse.Nequãdo.i.ne vllo tp̃e. Neq; disiunctiua cõiunctio: vt,neq; natare neq; literas scit. Ne quicq̃;.i.frustra:vt,ne id ne quicq̃; dixerit. Neu,a ne ue ddnctũ per apocopẽ.i.non. Ni subiunctiuo iungitur:vt, ni metuã patrẽ. Nisi,si in principio orationis indicatiuũ desiderat,alias etiã subiunctiuũ nisi me animus fallit. Vocibus nisi,& quàm,sine discrimine vtimur:vt.Nil aliud quàm, aut,nisi sapientia es.

Nimium

¶Nimium est.Nimiũ istoc abisti. Nimiũ diu. Nimium cito.Nimium aduenisti cito. Nimiũ familiariter, libenter.Nimium bonus,lepidus, importunus, indoctus,mirabilis.

Nunc.

¶Nunc,temporis est:vt Nunc mihi in mẽtem venit.Nunc,pro sero,tandẽ:vt.Nunc quid sit amor.Nunc genitiuo:vt.Nunc tẽporis.Nunc iã vt.nunc iã venis. Nũc nup'vt. Nũc nup venit. Nũc demũ:vt nũc demu venis? Nũc primũ:vt. Nunc primum audio quid illo sit factum.

Numq̃;.

¶Numq̃;.plus est q̃; non:vt, numq̃; faciã. Nũq̃, ante hũc diẽ. Nunq̃; post hunc diẽ te docebo. Nũq̃; hodie.i.nullo tp̃e huius diei. Nũq̃; quisq̃;. Numq̃; quisq̃;. Nudius tertius, nudius quartus.i.dies qui est ante heri vel pridie nec

vltra

vltra ilcet pro gredi, quãuis Plautus nudius quintus, nudius sextus & Cicero nudius tertius dicimus.

Num.

¶Num, interrogat cũ negatione iũgiturq; sæpius indicatiuo, rarius subiũctiuo: vt. Nũ facti piget. Nũ cogitat qd dicat? Nũ cẽses faceret?

Num nam idem ꝙ num.

¶Num nam hęc audiuit? Num nam hic tu relictus custos?

Nunquid.

Numquid, interdum est nomẽ non aduerbiũ: vt. Nunquid vis? Numquid est ꝙ opera mea vobis opus sit? numquid me vis?

Nuper.

¶Nuper, pridem & iam pridẽ de paulo lõgiore tẽpore dicuntur, quã dudũ & iã dudũ. s. sex mẽsium, medii aut lõgioris seu breuioris, pro cõditione materię. Nuper admodũ. nũc nuper Nusq̃;, in loco: vt. Ille bonus vir nusq̃; apparet. Nusq̃; ad locum: vt te nusq̃; mittam. Nusquam gentium.

Obiter.

¶Obiter, significat interim, incidenter, pręter propositũ: vt, obiter caueã istos Homero mastigas. Obnixe, cum conatu, instanter: vt, credo illum manibus prædibusq;, obnixe oĩa facturũ.

Obuiam.

¶ Obuiam.i. in occursum datiuū postulat: vt venit mihi obuiā habui illum obuiā idē sunt, obuiā ire obuiam sedare obuiā fieri. Obuius aut obuiam se ferre poetis solum. Obuius fio tibi obuiā me tibi fero obuius venio vel obuiā vel obuiū.

O

¶ O interiectio vocandi admirātis, exclamātis, dolentis, irridentis, exultantis, optantis, indignatis reperitur..

Oh.

¶ Oh īteriectio indignatus, dolētis exultātis.

Ohe.

Ohe interiectio est, facietatemvsq; ad fastidiū designās: vt ohe scelus, ohe desine, ohe tace.

Olim.

Olim de tēpore dicitur lōgissimo, & rebus nō durantibus iungiturq; tam futuro q̄; preterito: vt olim fuimus Romæ. Olim mundus igne interiturus est. Olim etiā pro nuper, ante, de præsenti, pro aliquando reperitur.

Omni fariam.

Omni fariam quod ineptè omni mode. Omnino, prorsus: vt omnino est amans sui virtus. Omnino nusq̄; : vt eos autem omittamus qui omnino nusquam reperiuntur.

Optimè.

¶ Optimè, abundantur. Operosè. i. laboriosè. Opidatim. i. per singula oppida. Oppida. i. valde,

de,multũ. Oppidò didici,ſpectaui,ãbulaui nõ rectè dicitur. Oppidò etiã ſumitur pro ſtatim: vt. Reddidit omne argentũ. Oppidò, opportunè.i.in tempore: vt opportunè hic fit mihi obuiã. Optato, quaſi cum deſiderio: vt optato aduenis.

Papę.

¶ Pape admirantis interiectio, habet enim in ſe affectum verbi miror. Pariter ac trucidant fœminas pariter ac viros. Pariter atq; hoc fit pariter atq; vt alia facta ſunt. Pariter fit.i. ſimiliter. Parum, paulum, admodũ refertur, vt parũ intelligere parũ perdurare proſpicere parum fœlix parum vtiliter parum perdurare abeſt, nihil abeſt, tantùm abeſt, dicendi modi lepidiſſimi. Paulò minus.i.propemodum, vel pene. Pauliſper tantiſper ad tempus refertur.

Paſsim.

¶ Paſsim.i.ſparſim. Virgi. Strata iacent paſsim ſua quęq; ſub arbore poma: item paſsim vbiq; & vndi q; paſsim item quomodolibet, ſine diſcriminè. Pedetẽtim.i.caute, à pedibus & tẽtãdo: vt. Dii beneuertant quod agas, pedetẽtim tamen. Penitus, quaſi pene intus, penitus, prorſus valde. Perinde, ſignificat ita, æque, multũ, ſed diuerſo modo perindẽ ac, perinde ac ſi.i.ita vt perinde in iſtare tua, faciam ac ſi mea res eſſet, habetq, variam ſignificationem.

Per.

¶ Per, iūctū nominibus adiectiuis, aduerbiis siue verbis, vehemētiā significat: vt perdoctus per benignus, p placet. i. valde doctus, benig nus, placet. Per q̃;, idem valet quod valde: vt. Nuntius matris tuæ defunctæ mihi per q̃; acer bus fuit. Cauendū ne ista duo per & perq̃; sup latiuis aut comparatiuis iungantur.

Perperam.

¶ Perperam. i. praue, peruersè. Perperā pronū ciare. i. malè. Perpetim. i. continuo. Perpetuū, & perpetuo dicimus.

Placidè.

¶ Placidè agere, placidè accubare, placidè a- perire fores, placidè currere, placidè pulsare fores, placidè exquirere. Plerūq;. i. pene sem- per. Plęrumq; pro aliquando. Planè pro certē, & omnino: vt tu quidem illum planè prodis. Plurimū sibi confidit, plurimum amat.

Porrò.

¶ Porrò, certe: vt nihil porrò tam in humanū, tam immane, tam ferū. &c. Item porrò aduer- bium ordinis: vt. Moue te ocius, vt quid agam porro intelligas. i. postea intelligas. Porro etiā expletiue capitur. Et porrò pro autē, cōiunctio est, ponitur q; in principio sermonis: vt. Quin til. Porrò qui confessum defendit, non absolu tionē sceleris petit sed licentiam. Porrò deni- q; pro postea, deinde, infuturū: vt. Quid restat

nisi

nisi porro vt fiat miser.

Potius.

¶Potius,potissimum vel potissime.Præclare ex se cõstat,pręclare mecũ actum est.Pręsto.i. præsens,iungitur soli verbo sum:eiq; simplici presto est. Presto adest.tibi quidẽ quod amas domi presto est.Presto esse alicui,presidio esse;fauere,iuuare:vt.Multis presto fuisti.Pridẽ iam pridẽ, de paulo longiori tẽpore dicuntur sicut nuper & iam dudũ.vt. Quod pridem tibi scripsi,id ipsum nunc repeto.Iam pridem tua si des mihi cognita est. Vnde pridẽ gaudet verbis præteritis,iam pridẽ præsentibus:vt pridẽ fuit in ædibus meis.Non ita pridẽ. Prius,primũ,aduerbia ad tẽpus referuntur.Prærerq; & pręter,eodem significãt:vt.Nemo id dicit præterq; Cicero. Nullius id interest præterq; patris.Nulli id placuit præterq; mihi:semp enim præcedẽtis verbi casum habet,præter verò,accusatiuũ tãtum. Præterquã quod:vt,omnia nobis ex voto successerunt.preterq; quod in itinere defunctam matrẽ audiuimus. Priscè.i.priscorum more:vt prisce agere. Priuatim & publice opponũtur.priuatim diues,publice agẽs Priusq;, sub continuatiua coniũctio, interdum indicatiuo iungitur,sępius verò subiunctiuo. Pro,interiectio indignãtis modo nominatiuo modo accusatiuo iungitur.Procul;quis illic ẽ

quē procul video. Procul dubio.i.certè. Profectò confirmantis eſt:vt profecto ſic eſt.

Pro in & pro inde.

¶ Pro in & proinde.i.ideo vel ideoq;,proptc rea,propter hoc. Audio te delectari ſtudiis ꝑ inde mihi charus es. Proinde aliquando ponitur pro aduerbio ſimilitudinis:vt. Proinde expiſcare quaſi non noſſes.

Prope ſine caſu.

¶ Prope ſine caſu,eſt aduerbium: vt nemo au det prope accedere prope adeſt, quam alieno morc viuendū eſt mihi. Prope etiā quaſi ferè: vt prope ſcio quid ſcit. Propius cōparatiuum aduerbium:vt proprius obſecro accedamus. Propediē.i.breui:vt fac prope diem ad nos te recipias. Prope modū.i.prope:vt propc modū iam habeo tibi fidē. Propere.i.celiriter:vt pro pere curre ad Pamphilū. Proparatim, & propa rāter idem ſignificant. Propterea aduerbiū,ob eam cauſam:vt non facile hæc ferunt, propterea hæc ira eſt. Propterea ꝙ:vt feci è ſeruo: vt eſſes libertus mihi, propterea quod ſeruiebas liberalitē,prorſus ,vel prorſum omnino: vt ita prorſum ſum oblitus mei. Prorſum etiā ſignificat rectè,certè,verè. Proſpe,fœliciter, vt oīa quæ facis quæq; facies proſpere cedant tibi. Proſpectè,conſultè, prudenter. Proterue.i.ſu perbo,immoderatè. Protinus,longe à finibus:

vt.

vt En ipſe capellas protinus æger ago. Protinus, ſtatim, deinceps, omnino diuerſo ſenſu. Pulchrè, decorè, vt pulchrè mones ſcribis.&c Pulchre etiam ſapienter: vt pulchre dicis. Pulchrè, valde nimis.

Quàm.

¶ Quàm aſciſcit ſibi tam: vt tam te diligo quã me ipſum. Quã pro quantũ poſitiuo iungitur vt quàm moroſi ſunt qui amant? Quàm cũ verbis poſſum, timeo, volo. vt. Quàm potero adiuuabo ſenem. Quàm timeo quorſum euadas. Quã etiam latiſsimã habet ſignificationẽ ſeu conſtructionẽ. Quando. i. quo tẽpore? Quãdo infinitè. vt. Ita verſipellẽ ſe facit quando libet. Quando pro ſiquidẽ vel quoniã cõiũctio cauſalis eſt: vt duc me ad eã, quando huc veni. i. quoniam. Quandoq;. i. aliquo tẽpore: vt. Quãdoq; bonus dormitat Homerus. Quandoquidem Si quidem vel quoniã idem habent &c. Quamuis interdũ pro quantũlibet capitur: vt ab eo licebit quãuis ſubito ſumere. Quaſi ſimilitudinis pro tanquã, velut. Quaſi verò expletiue hic nota nõnullas expletiuas cõiunctiones pulchrè aduerbiis iungi: vt, Iam enim verò.&c Quaſi, penè, vel ferè: vt hora quaſi ſeptima.

Quatenus.

¶ Quatenus, in quantum, eatenus, in tantum vt eatenus te diligo, q̃tenus probus es. Quatenus:

nus pro quoniã: vt. Et q̃tenus negatur nobis diu viuere. relinquamus aliquid quo nos vixiſſe teſtemur. Quartum, quarto, aduerbia ſunt, vt quatum conſul quarto. c.

Qui.

Qui, pro quomodo: vt. Qui fieri poterat? Qui ſcis? Qui vocare? Qui vales? Qui potuit diſſimulare? intertogatiue ſemper.

Quidem.

¶ Quidem. i. certe, capitur primo pro coniunctione diſtinguente res. Ego quidem rhetorica magis delector: tu verò logica: hic autem gammatica. ¶ Secundo pro exceptione eius quod affirmas: vt. Torquebis quidem filiũ, ſed fatemur tamen. ¶ Tertio ꝑ coniunctione expletiua. i. cauſa ornatus: vt. Nihil quidem mihi hic negotij. Mihi quidem placet.

Quin.

¶ Quin. i. quod. vel, vt non: vt. Nunquam tam mane egredior, neq; tam veſperi domũ reuertor, quin te in fundo conſpicer. Nunq̃; vnum intermittit diem, quin ſemper veniat. ¶ Quĩ itẽ capitur ꝑ age, corripiendi vel imperãdi: vt. Quin dic quid eſt. i. age dic. &. ꝑ imo. vt Quin nolo mẽtiare. & pro. Cur non. Quid ſtas lapis, quin accipis? Quin pro quod. Nõ, dubium eſt quin vxorem nolit filius. Quin pro qui nõ, quę nõ: vt. Nullus eſt quinſcit. Quin, pro quare nõ:

vt.

vt. Nunquid vis, quin abeā? Quin pro quomi-
nus:vt. Nullo modo introire possem, quin vid
rent me. ¶ Quin potius [vt puto] pro sed ma-
gis:vt. Quinpotius quod legatum est tibi ne-
gotium, id curas? Quin etiam, coniunctio co-
pulatiua:vt. Quin etiā necesse erit cupere &c.

.Quippe.

¶ Quippe, rationalis est, pro quoniā? vt Quip
pe id homini est naturale. Quippe, significat
quia, sequente relatiuo: qui, q;, quod:vt. Scie
bant facturos, quippe qui iutcllixerant. Quip-
pe que ex te audiuit.

Quò.

¶ Quò, ad locū:vt, quò abis? Quò hinc te agis?
Quò fugis Petre? Quò, pro vt, neq; enim id fe
ci, quò tibi molestus essem: quo pro ꝙ, vel quo
niā, ad quid, q̄re, è sensu tamen diuerso.

Quoad.

¶ Quoad, pro quandiu, indicatiuis & subiūc-
tiuis iungitur. Terem. Quid, sennē quoad ex-
pectatis vestrum? Semper quoad viuā. Quo-
ad, pro donec subiunctiuo gaudet: vt, quoad
vixero dabo opā literis. Quoad usq;:vt. Nihil
te impedio, quoad vsque rem paragas.

¶ Quo circa, quā ob rē, rationalis est:vt. Quo
circa nihil esse tam d̄testabile. tamq̄; pestiferū,
quā voluptatem. Quōdam, pro olim. Quoq;
pro etiam. Quorsum, versus q; locū:& ad quid
vt. Quorsum istuc? ineptè ad ꝙ propositū. To-
ties

ties & quoties ad iunguntur. Quousq; i. q̃; diu vel vsq; ad quod tẽpus interrogatiuè. Quousq; tandẽ abutere patientia nostra? Rite i. recte Rursus & rursum idem est ꝙ de nuo. Dicimus etiam. Rursus denuo, otravez de nueuo: vt. Reuertor rursus denuo Mexicum.

Sane.

¶ Sanè, valde. vt, vir sanè literatus. Sanè affirmatiuè. pro quidem aut certè: vt. Ita sanè est, Item sanè permissiue: vt. Sit sanè, vt vis.

Sat.

¶ Sat, à satis per apocopem. Sat cõmodè. Sat diu vixit. Sat est, curabo. Sat habeo. i. mihi sufficit. Sat scio. Satin? pro satisne? Teren. Satin Sanus es, qui me id rogites? Satin salue? modus interrogandi, an satis salue res essent. Scilicet & videlicet, affirmatiue, idẽ quod certe, vsurpatur autem ferè semper cum amaritudine quadã & derisione: Terẽ? Id populus curat scilicet. Per scilicet, etiam definimus enumeratis multis confusè: vt. Quatuor sunt virtutes cardinaleds, scilicet Iustitia Prudẽtia, &c. Sed hic modus apud doctos vix reperitur. Scieuter, idem est quod scitè, disertè. peritè. Secundò secũdũ aduerbia sunt. Secũdo etiã. i. rursus.

Secus.

¶ Secus pro aliter, aduerbium præcedẽte nõ vel haud: vt. Non secus euenit, quàm volebam

bant, haud secus euenit: &c. Secus quàm, vt, nec mihi secus erat, quàm si essem familiaris filius. Secus acsi: vt non secus acsi meus frater esset. & non secus acsi ipse adesses. Secus ac: vt, non dixi secus ac sentiebam. Sedulò, instanter, diligenter, ex animo, & sine dolo. vt, faciam sedulò, fiet sedulò. Semel, vna vice: vt. Satis sum semel deceptus. Semel iterum tertium. Ineptè semel, bis, ter. Semel, in summa, vel ad summa, vel breuiter: vt, deniq; vt semel finiam. Et vt semel omnia cõplectar. Serio opponitur ioco: vt an id serio dixisti, an ioco?

Si.

¶ Si, quando res facta significatur, indicatiuis iungitur: vt. Si hoc facis, malefacis. &c. Si, cõditionalis, subiunctiuis gaudet. vt, si facias, si feceris. Confunditur aliquando: vt, Teren. Si illũ relinquo, eius vitę timeo, sin opitulor, huius minas. Si ꝓ an: vt visam si domi ẽ. &c. Si forte frater redierit viso. i. an redijt. Si sapis, pro si sapias. Sic affirmantis aduerbium, &c. Sic similitudinis: vt. Sine fores sic, item sic, pro leuiter & negligenter: vt, mirabar hoc si sic abiret. Sic ago. Sic me decet.

Simul.

¶ Simul, congregandi, & simul pro postq̃;: vt, quam simul agnoui. Simul ac. i. postq̃;. Simul atq;, pro postq̃;: vt. Gratissimum mihi feceris, si

si ad me, simul atq; adeptus eris miseris. Simul et, coniunctio copulatiua. Sin, idem valet quòd si, nisi quod semper in secunda parte ponitur. Si quidẽ, pars, idem quod quoniam Siquidem diuisim, significat si certe: vt occidi siquidem vera predicas. Statim atq;. Statimq̃; significat mox illico: vt. Statim atq; iudex factus est omnium rerum officium incumbit. Omnes proconsules, statimquam vrbem ingressi fuerint habent iurisditionẽ. Subinde, inde, vel de inde, statim: vt. Si negabit, subĩde illi testes proferto. Item subinde, identidem. i. frequenter: vt, lepus cũ canibus in sectãtibus premitur subinde respicit. Quid tam subinde vultum, in mutas? Tam, quàm.

¶ Tam & quàm positiuo iunctæ & nonnunq̃; comparatiuo reperiuntur. Superlatiuo sępius, vt. Quàm quisq; pessimè facit, tam maximè tutus est. Tam, verbis iungitur: vt. Tam scio esse hãc technam, quàm me viuere. Tam ego homo sum, q̃; tu. Tam cũ aduerbiis: vt, tam cito, tam diu. tam mane, tam vesperi. Tam atq;: vt, tam doctus est, atq; ego. Tandem, postremum Tantopere, tam vehementer. Tantum. i. solum & tantum non. i. ferè, rei nonperacte aduerbium. Tãtum sat habes i. tantum tibi sufficit. Tãtum ab est, parum ab est vt verberarim. Cice. Tantum ab est ab officio. vt, nihil officio possit

ſit magis eſſe contrarium. Tanto comparatiuũ poſtulat:vt,tanto peior ipſa eſt.

Temere.

¶Temere facere,eſt agere quicq̃; inconſulte ſine cauſſa,pręter rationem : vt,temere nunq̃; amittam à me. Temere eſſe.i. fruſtra.vanum. Non temere eſt quod tu times .i. ſine cauſa.

Tum.

¶Tum,vbi ſuccedit cum.ſupra patet. Tum ꝓ tunc:vt. Tum tua res agitur paries cum proximus ardet:ex Horatio. Tũ demũ.i. nouiſſime.

Vbi.

¶Vbi,inquo loco,vbi infinite:vt, vbi amici, ibidem opes. Vbi,poſtq̃;,hec vbi facta ſunt,& at vbi venit plenitude tẽporis miſit Deus.&c. Vbi multipharia͂ multiſq; modis capitur.

Velut.

¶Velut,veluti,vti ,imaginem rei ſignificant & exponuntur per verbũ ſum:vt. Tu incedis velut rex,veluti vrſus.i.tanq̃; eſſes rex.l.vrſus

Vltro.

¶Vltro refertur.i. ſponte refertur tantum ad animata.Nõ enim de cane recte diceretur .Venit ad me vltro , ſed ſponte. vti dicimus, hæc herba ſponte creſcit.lapis ſponte decidit.Cayo porſi.Vltro.& citro tam ad dicta q̃; ad locũ. referuntur Cice, Multis verbis vltro citroq; habitis. De loco:vt,nõ decet. Chriſtanũ in te

plis

plis vltro citroq; commeare.i. [vt puto] ſine diſcrimine.

Vnde.

¶ Vnde, ex quo loco: vt, puer hic vnde eſt? vnde id ſcis? Vnde, ad quid. vt, vnde hunc. ilii animum? Vnde mihi lapidem. Vnquam. i. aliquo tempore: vt caue poſt hac [ſi me amas] vnquã iſtuc verbum ex te audiam. Vſquam eo. i. tãdiu vſque quaque. i paſſim aſſidue. Vſque quo ferò ſemper interrogatiue. Quod & quia cauſam efficientem: vt non caſtigo te quòd odio habeã, ſed quo meliorẽ efficiam. i. vt meliorẽ.

Vt.

¶ Vt, pro quomodo, ſed cum quadam admiratione. vt, te amplector libens: & ſine admiratione: vt vales bone vir? quo vales? Vt qui. i. quippe, vel quia vt ſicut, quod vt longè optimum ita difficilimum. vt, poſtquam. Equidem vt veni ad vrbẽ. vt, ne non. Vereor vt poſſim: vt ne, pue Vlciſcar, vt ne impune in nos illuſeris
¶ Vtrinque. ex vtraque parte. Vtrum, aliq̃ndo interrogandi. Dubitandi. Exẽplũ primi. Quid tu curas, vtrum crudum an coctum edam? Exẽplum ſecundi: vt, vtrum venerit necne ignoro Vulgo, paſſim: vt vulgo ꝓ dici ſolet &. Quod vulgo dicitur, &c.

Finis.

574-

B559
G464g

